Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b3054452x

BENJAMINI BENEDICTI PETERMANNI,

Medicinæ Doctoris, & Practici Lipſienſis,

OBSERVATIONUM MEDICARUM

DECAS I

LIPSIÆ,
Apud Hæred. FRIDERICI LANCKISII,
ANNO M DCC VII.

PRÆLOQVIUM
ad
L. B.

NOtatu quam maximè dignas Obſervationes Medicas, quas piè demortuus frater, D. Juſtus Gottfried Petermann, Sereniſſ. ac Potentiſſ. Regis Polon. & Elector. Saxon. Generalis ſtatus Medicus caſtrenſis, per integrum fermè decennium n variis expeditionibus bellicis, itineribusq; an-

notatas literis conſigna-
vit, prælegati inſtar acce-
pi. Permultas inſuper
tam ſub directorio beate
defuncti parentis mei, D.
Andreæ Petermanni, A-
nat. & Chirurg. P. P. &
Pract. in hac urbe adhuc
notiſſimi, in praxi medi-
ca à primis juventutis an-
nis inſtituta, quam poſt
hujus ſubſecutam mor-
tem continuata, collegi.
Haſce publici juris jam
facere conſtitui, eumque
in finem editione præ-
ſentis Decadis periculum
feci. Singulis menſibus
hoc modo continuabo,

&qui-

& quidem cum delineatione rerum memorabilium figuris æneis expreſſarum. Illas etenim partim ipſe in forma avthentica cupido ſpectatori demonſtrare, partim occaſionem cognoſcendi eas apud extraneos, qui vel ex innata invidia, vel pio erga defunctum affectu, rem adeò ſanctam in manus Medici tradere recuſarunt, ſuppeditare poſſum. Officii autem ratio nunc expoſtularet, ut rationes inſtituti mei, exactè elaborato præfamine, redderem. At verò

obicem mihi poſuit tum operis primum jam cœpti imperfectio, tum expectanda à Lectore cenſura. Completa namque centuria, perceptisque Lectoris judiciis, facilior dabitur anſa, partus hujus natales legitimandi, illosque contra injurias male volorum defendendi. Propterea laborem huncce adhuc differo, & benevoli Lectoris amori officia ſemper promptisſima commendo.

Dabam Lipſiæ d. 20. Decembr. 1706.

D. BENJAMIN BENEDICTUS PETERMANN.

Obſer-

Obſervat. I

ANno 1692. d. 13. Novembr. ſecuimus ſub directorio beatè defuncti parentis mei Cadaver cujusdam Toparchæ, in quo deprehendimus ſequentia:

1. Glandulam pinealem in lapillos granis milii ſimiles & Fig. 1. expreſſos coagulatam.
2. In ventriculo cerebri ſiniſtro ℥j. præterpropter Lymphæ extra vaſatæ.
3. In thorace pulmones optimè quidem conſtitutos, ſiniſtro lateri tamen aliquá ex parte ad-natos.
4. Magnam ▽æ pericardii copiam.
5. Calculum circa exortum arteriæ magnæ Fig 2. expreſſum.
9. Muſculos abdominis in tantum ſphacelatos.
7. Omentum totum corruptum.
8. Inteſtina craſſa ferè ſphacelata.
9. Magnam bilis extravaſatæ nigricantisque copiam.

10. Ingentem Veſiculam fellis.
11. Lienem parvum.
12. Renes induratos.
13. Pancreas ſphacelatum.
14. Veſicam □am conſtrictam.

Obſervat. II.

ANno 1693. d. 22. Febr. Monſtrum quoddam vitulinum, Fig. 3. depictum, quo de vulgus loquebatur, quod ornamentum capitibus fœminarum uſitatum, & Gallico nomine Fontange dictum, gereret, ex oppidulo Krötzſch/ ſub Dominio Generoſi Baronis de Rechenberg prope Pegaviam ſito, in ædes noſtras adhuc vivum afferebatur. Natum erat dicto loco d. 16. Febr. Semihoriô præterpropter elapsô, poſtquàm Lipſiam allatum, exſpirabat. Sequenti verò die in Theatro Anatomico cultro ſubjiciebatur Anatomico, ſequentiaque obſervabantur:

Tumor ovum Struthionis Cameli magnus inter aures, in anteriori vero capitis parte adhuc ſimilis tumor pugnum magnus: ſepa-

ſeparata cute, repræſentabant hi tumores farcimen (quod vocant die Hirn⸗Wurſt) continebantque ℔j. præter propter lymphæ loturæ carnis ſimilis: Os frontis magna vi erat abruptum, dimidiaque ejus pars medio tumoris, inter aures ſiti, adhærebat, ſiſtebatque figuram fornicis. Maxilla ſuperior erat fiſſa, naresque inverſæ, diſtabantque tres transverſos digitos à ſe invicem. Os palati itidem erat ſciſſum, ejusque pars dextra ſiniſtrâ erat major. Narium ſtructura optimè ſe ſe habebat, excepto meatu naris dextræ ad palatum tendente, qui alias in faucibus reperitur, hic in apicem naris exibat. Siniſtræ vero naris ſtructura erat maximè vitioſa: meatus enim modo dictus plane deficiebat, ductusque Stenonianus nerveus non in narem I. ſed in ipſam oris cavitatem inſerebatur. Cerebri ſtructuram quod ſpectat, 1) proceſſus mammillaris ſiniſter haud aderat, 2) in anteriore ce-

rebri parte & dura & pia mate
non cernebantur, circa mediun
verò corporis calloſi poſterio
valdè erat conſpicua, & tanden
quæque circa nates inferior dura
matris tunica inveniebatur. 3
Proceſſus falci formis planè de
ficiebat ut & 4) quartus ventri
lus. In abdomine nihil obſer
vandum veniebat, excepta veſi
ca ⊡a valde expanſa ac inflam
mata; ob valvulam enim circa
principium urethræ præſentem
⊡m emittere haut potuit.

Obſervatio III.

ANno 1693. d. 3. Jun. ſecuimus pue
rulum, qui die præcedente circa
horam 10. antemeridianam ingente
vomitus cum Diarrhoea, nec non in
ſultibus epilepticis paſſus erat, ſequen
ti vero die circa horam ſeptimam ma
tutinam vitam finierat: in cujus tho-
racis latere ſiniſtro offendimus ℥i
præterpropter ichoris, vinum ac vi-
num aduſtum redolentis, una cum
por-

portione quadam ſangvinis coagulati pollicis magnitudinem excedente: Ichor verò hic originem ſuam debebat vomicæ pulmonum ruptæ ovum anſerinum mole magnæ, unde & quædam pulmonum portiunculæ infectæ ad colorem ▽æ umbræ accedebant. In latere dextro pulmones adeò firmiter erant adnati tum coſtis, tum etiam Diaphragmati, ut ſeparatione ſumma vi facta opus haberent: qua de re puerulus adhuc vivus de difficultate reſpirandi ſemper conqueſtus eſt. In abdomine viſcera deprehendimus ſemi ſphacelata ob perpeſſam Epilepſiam, portionemque inteſtini ilei verè ſuppuratam, & in inteſtino jejuno lumbricos no. 35. Veſica ☐a adeo erat conſtricta, ut videretur lapidem potius, quam veſicam repræſentare.

Obſervat. IV.

ANno 1697. d. 17. Octobr. ſecuit frater meus itidem beatè defunctus (im Lazareth bey Baja in Hungarn) cadaver militis, qui ante octo ſeptimanas febre

febre correptus poſt nimium chin
chinæ uſum Hydrope vitam finivera
in cujus aperto cadavere notatu d
gna obſervata ſunt ſequentia:

1.) In abdominis cavo aliquot me
ſuræ lymphæ extravaſatæ.

2.) Glandulæ meſentericæ ſcirrh
ſæ, ac una ex his libere huic Hy
dropiſi innatans in pelui.

3.) Veſicula fellis bile inerti r
pleta.

4.) Ventriculus inflammatus adeo
que diſtentus, ut potius repræ
ſentaret ſtomachum ſuillum, cu
jus in cavitate reperiebatur fru
ſtum ſangvinis coagulati dua
integras manus magnum, q
Sangvis coagulatus poterat tun
catim, ut ita dicere liceat, divid
in quarum ultima tandem tunic
deprehendebatur fruſtum lym
phæ coagulatæ, inſtar polypi, o
vum gallinaceum æquans cum
reliquiis quibusdam intritæ as
ſumtæ.

5

5.) In Thorace pulmones coſtis quibusdam adnati, repletique materia ſpumescente cum bronchiis ſummè ſcirrhoſis.

6.) In arteriis, pulmonali nempe ac aorta polypi, nec non vena quoque pulmonali.

Obſervat. V.

ANno 1697. d. 14. Novembr. ſecuit ibidem cadaver fœminæ, quæ nane puerum in lucem ediderat, ſeundinæ vero retentæ erant, uteroue quam firmiſſime adnatæ, ut ſearatione ſumma vi facta opus habeent cum magna ſangvinis coagulati opia, inſuper offendit inteſtinum coon cum reliquis tenuibus valdè turidum flatibus, unde & fœmina hæc er 5. annos ventrem geſtavit valè tumidum: Quare & muſculos abominis adeo expanſos obſervavit nembranarum potius, quam muſcuorum faciem ſpectatoribus ſiſtentes, eſtigiaque pauciſſima fibrillarum arnearum monſtrantes. Lien in gentis

gentis erat magnitudinis, cætera vero viſcera optime ſeſe habuerunt, excepta fellis veſicula bile inerti repleta. Vaſa ſpermatica deprehendit adeo magna, ut digitum craſſitie ſuperarent utroque in latere.

Obſervat. VI.

AN. 1701. tempore æſtivo idem ſecuit (in Cracau) cadaver fœtus maſculi totum jamjam gangræna correptum, quodque poſt perpeſſos graviſſimos per undecim dies dolores mater in lucem produxerat. Nihil autem præternaturale obſervavit, præter arteriam umbilicalem ſiniſtram partim duplicatam, partim ferme flexuoſe in ramum iliacum inſertam. Præterea urachus in tantum videbatur apertus, ut poſt flatum immiſſum non ſolum arteriæ & vena umbilicalis, verum etiam omnia totius corporis vaſa in tumorem attollerentur, prout cernere licet ex Fig. 4.

Obſer-

Obſervat. VII.

JUvenis annorum 18. Lipſiæ in platea quadam ſuburbana habitans tempore hyemali Anno 1701. Menſ. ecembr. ab itinere redux incidebat i morbum, quem indicabant ſequena ſymptomata:

1. Vehementiſſimi lateris ſiniſtri, & præprimis circa lumbos, dolores.
2. Affectus colicus, ſeu potius paſſio colica, & quidem per intervalla.
3. Ciborum nauſea.
4. Vomitus cum rejectione materiæ, partim albicantis, partim bilioſæ.
5. Contumaciſſima alvi obſtructio.
6. Urina vel aquoſa, vel cruda.
7. Stimulus mingendi frequens cum pauca excretione □æ.
8. Agrypnia.

Diebus aliquot præterlapſis, vitam im morte commutare tenebatur. iſſecto cadavere, inveniebam

1. Inteſtina tam gracilia, quam craſſa, gangrænoſa.

2. Ca-

2. Cavum abdominis, & præprimis hypochondrium ſiniſtrum, lotio extravaſato duarum menſurarum repletum.
3. Uretrem in latere ſiniſtro excavatum, & magnitudine ſua inteſtinum gracile exæquantem.
4. In cavitate hujus ureteris Fig. 5 delineatum calculum prægrandem, maxime anguloſum, circa ſuperficiem externam obſcurum, circa medium glabrum, ab extra lamina alba obductum, & quoad figuram, conum minorem repræſentantem, intus vero, quoad ſubſtantiam, variis arenulis guttulisque petrificatis compactum.
5. Veſicam [illegible]riam, inſigni & permagna partim ſabuli, partim lapillorum, grandini, nec non plumbo granulato, haud abſimilium, copia refertam.
6. Colon, & præprimis circa illam partem, quæ ab Anatomicis alias vocatur meſocolon, totum lividum, permultisque glandulis ſcirrhoſis impraegnatum.

7. Me

7. Meſenterii glandulas quaſdam ſcirrhoſas, inſtar globulorum minorum.

8. Pancreas ſemi exſiccatum.

9. Circa fundum Veſicæ □riæ tumorem quendam, &, hoc aperto, lumbricos minores, numero ſeptem.

10. Renem ſiniſtrum totum in pelvi ſua ſabulô oppletum.

11. Ureterem verò alterum optimè conſtitutum.

Obſervat. VIII.

MUlier pagana Anno 1700. Menſe Jan. per octo dies partum difcilem perpeſſa, demum nono exudebat fœtum adhuc vivum, die erò undecimo denatum, quem culo anatomico ſubjiciebam, &, aerto thorace atque abdomine, obrvabam

1. Inteſtinum monocolon prægra
de.
2. Omentum nimis longum.
3. Glandulam, thymum, maxin
ſcirrhoſam, uti in hydropicoru
hepate & liene ſæpius cerne
licet.
4. Diſſecta glandula, aliquod co
pus oſſeum, cor minus repra
ſentans & Fig. 6. depictum.
5. Cætera viſcera legitimè confo
mata.

Obſervat. IX.

HOrtulanus quidam Lipſienſ
Annorum 46. ſub finem Ann
1703. ſpontanea laſſitudine & inci
piente lipothymia ſubito prehende
batur. Urina intenſe flaveſceba
alvus erat adſtricta, & licet eam in
terdum exoneraret, alvinæ tame
feces erant flavi coloris, totumqu
co

corpus flavedine tinctum. Hoc morbo denatum aperiens adverte-
bam

1. Cuncta inteſtina gracilia flavedine aliqua tincta.
2. In parte hepatis concava inſignem abſceſſum materiâ bilioſa refertum.
3. Omentum oblongatum usque ad oſſa pubis, uti in canibus frequenter ab Anatomicis obſervatur.
4. In folliculo fellis parum bilis, & quidem materiæ piceæ ſimilis.
5. In ductu Cholidocho tumorem & in eo calculum Fig. 7. expresſum.
6. Ventriculum præternaturali bile maximè oppletum.
7. Inteſtini coli figuram Sigmoideam ſphacelatam.

8. Lotium in Veſica ☐ria color
flavo tinctum.

9. Materiam ſeminalem in veſicu
lis ſeminalibus flavam.

10. Sangvinem in vaſis majoribu
non rubrum, ſed citrinum.

Obſervat. X.

VIrgo Annorum 16. Menſiur
obſtructionem ultra annun
perpeſſa, circa uteri regionem v. g
in pectine ac utroque inguine, ut &
lumbis, dolores inſignes perſen
tiſcebat, abdomen verò maxime
flatibus turgidum apparebat, al
quando & de tremore & palpitatio
ne cordis conquerebatur. De
mum autem dyſpnœa toto corpor
convellebatur cum omnis ſenſu
motusque voluntarii ablatione, do

ne

nec exſpiraret Anno adhuc curren-
te; in cujus cadavere poſtea diſ-
ſecto annotavi

1. Omnia Inteſtina flatibus diſten-
ta, una cum viſcida atque fœ-
tida lympha, quæ in abdomi-
ne ad dimidiam menſuram
hoſpitabatur.

2. Vaſa ſangviſera uteri maximè
turgida.

3. In uteri fundo lympham viſci-
do-albicantem.

4. Glandulas vaginæ uterinæ ma-
ximè prominutas.

5. Ovula in ovariis prægran-
diora.

6. Tubam Fallopianam dextram

in

in medio aliquâ hectula refertam.

7. In auricula cordis ſiniſtra inſignem polypum.

8. In cerebro glandulam pinealem quaſi duplicatam & in ea duos calculos figuræ cubi minoris, quos depictos cernis Fig. 7.

BENIAMINI BENEDICTI PETERMANNI,

Medicinæ Doctoris & Practici Lipſienſis,

OBSERVATIONUM MEDICARUM

Decas II.

LIPSIÆ,
Apud Hæred. FRIDERICI LANCKISII,
ANNO M.DCC.VII.

Obſervat. I.

Virgo Annorum XXI. ultra ſemeſtre ſpatium patiebatur decolorationem menſium cum continua artuum laſſitudine, cordis palpitatione & reſpirandi difficultate, faciesqve, præ-
mis verò labia & nares, decoloratione qvam
ximè palleſcebant, genæ conſpiciebantur col-
ſæ & lividæ, appetitus erat proſtratus, freqven-
sqve contingebant lipothymiæ.

Morbus hicce primariò vocari poteſt Cachexia,
i ſecundariò & ſymptomaticè conjuncta eſt
enſium decoloratio, tanqvam cachexiæ filia. Ut-
autem ægrota noſtra ab aliis judicabatur ſimul
lorotica, attamen, qvia nulla aderant ſigna tri-
tiæ melancholicæ, nec antea in ſtatu ſano ulla
acitatis & petulentiæ Venereæ ſuſpicio neqve
oris qvædam erratica, ſe manifeſtaverant, nolo
æſenti morbo attribuere Chloroſeos nomen, ſi-
idem affectus iſte, ut plurimum aliqvam febrim
ntam ac erraticam, præter jam dicta ſymptoma-
comitem habet.

Signa nimirum *diagnoſtica* deſūmēda partim ſunt

 ex

ex relatione ægrotantis, partim ex ſymptoma
in Caſu recenſitis.

Pars affecta ſeu ſubjectum inhæſionis in gene
erat maſſa ſangvinea, hinc & lympha: Fomes a
tem mali ſeu *ſubjectum radicationis* in primis vi
ſtomaho nempe & bile, latet.

Cauſa proxima affectꝰ in noſtra ægra erat ma
ſæ ſangvineæ dyſcraſia, ſangvis nempe coccine
ſuo colore ex parte deſtitutus, nec lympha deb
ta ſpirituoſa ac fluida ſufficienter dilutus & un
tus. Sangvis etenim V.Sne emiſſus poſt hora
exhibebat in ſummitate magnam copiam lymph
flaveſcentis cum innatante muco gelatinoſo;
fundo verò paucas portiones ex atro rubent
granulatas & conſeqventer valde aſperas: Ex qv
manifeſtiſſime dyſcraſiam cernere licebat. E
hoc porro patet, qvod in utero tempore menſ
um hi ipſi ſint decolorati. Nam licet ſangvin
contenta, qvam diu hic calidus adhuc eſt, per m
tum inteſtinum uniuntur; Attamen in ſtatu c
chectico, dum per vaſa arterioſa capillaria per ſu
ſtantiam uteri in ejus cavitatem effluit, portio
nes coccineæ coëunt ſeorſim, lymphaticæ ve
ſeparantur, unde ſub forma loturæ carnium po
modum promanat. Qvoniam autem partes lym
phaticæ minus ſpirituoſæ, adeoqvè viſcidæ, co
denſantur in ſubſtantiam gelatinoſam, fit, ut pe
multæ tales partes carnium loturæ inſtar tincta
ſimul conſpiciantur, unde mulieres rectè dicun
Es gehen rechte ſtücken Schleim fort. Qvod c
lo

r partium corporis noſtri carnoſarum ma-
ma ex parte ſuboriatur ex præſentia M. Sæ
extimo corporis habitu hærente, atteſtan-
r phænomena pene multa; v.gr. poſt refri-
erationem manus, facies, ut & pedes &c. ru-
ent ob ſtagnationem aliqvalem ſangvinis, u-
cernere licet in inflammatione ſubitanea,
mqve v. gr. per totam regionem ſpinæ dor-
n moribundis animadvertimus ex epilepſia.
vid? qvod demonſtrabimus, M.S. ſecundum
rtes lymphaticas etiam colorem partium
mutare. Provocamus ſtatim ad tumorem
edematoſum, qvo color nativus in pallorem
utatur Hinc, qvia labia noſtra gaudent cute
nuiſſima, hæcqve cum ſubjacentibus par-
ous fibroſis muſculi ſphincteris eſt con-
ncta, fit, ut lentior hic aliqvis fiat tranſitus
ngvinis per hunc corporis habitum. Sangvis
itur debitè temperatus, lento gradu pro-
edens, in labiis conciliat colorem notum ſva-
sſimum & roſaceum. Eo ipſo vero, dum
aſſa ſangvinea ſero viſcido & cachectico re-
eta eſt, hujus dyscraſia oritur, unde pallor
genis, de qvibus conſtat, qvod muſculi ma-
llæ inferioris & ſuperioris, nec non labiorum
oris conſtent brevisſimis, denſiſſimis ac ſoli-
ſſimis cum partibus vicinis adnatis. Qva-
& in his propter tardiorem ſangvinis caco-
hymici circulationem & qvaſi ſtagnatio-
em, naturalis color coccineus perit.

Ratione cauſæ efficientis pars affecta etiā qvære-
da eſt primariò in glandulis hepaticis, qvæ h
moribus viſcidis & lentis infarctæ, obſtacu
ſunt lymphæ naturali generandæ & transc
landæ. Inter cauſas enim remotas eſt chyl
in ſtomacho malè digeſtus, vitio bilis minus
cris & oleoſæ volatilis in duodeno; unde
chylo nimis crudo & viſcido tota M.S. aberr
à craſi naturali, ſpecifice vero liqvor gaſtric
depravatur, omnesque glandulæ & part
glanduloſæ, tam internæ qvàm intercutane
infarciuntur, adeoqve in partibus intern
glandularum obſtructiones, harumqve e
creſcentiæ ſcirrhoſæ, & in artubus inferiori
tandem, propter tardiorem circulationer
tumor pedum œdematoſus, & in toto ſæpi
corporis habitu propter ſerum nunc abu
dans nunc nimis viſcidum Leucophlegmat
& Anaſarca. Idem cenſeatur de pancreati
lympha, & ſalivali, cujus nimia viſciditate
deficiente ſpirituaſcentia, concurrente muc
ſtomachali viſcido, appetitus penitus peri
unde bilis concurrente vitio ſuprà dicto, p
nitus depravatur chylificatio, & per conſ
qvens ſangvificatio. Nec mirum, qvod ægr
ta noſtra de difficili reſpiratione & cordis pa
pitatione, ſub inceſſu imprimis paulo concit
tiore, conqveratur. Sangvis enim cac
chymicꝰ & chylus viſcidus, in pulmonum va
ſis rarefaciendus, tardè & difficulter circul

tur, hinc qvo celerius corpus movebatur, magis pulmonum vaſa infarciebantur, unpropter deficientem ab aëre reſolutionem, qve per cor tardum nimis circulationem, jus irritatio & palpitatio oriebantur. Hinc n errat, qvi per has conſeqventias totum nſtituerit corpus paſſivum; ſiqvidem totaadeſt cacochymia, prout eam agnoſcere lit oculariter ex ſangvine per V. S. emiſſo.

Ex his demonſtratis facile innoteſcunt *ſigna ognoſtica*; ex hac nempe cacochymia & innata dyscraſia ſangvinis poteſt oriri cachea, qvæ ægram ad univerſalem atrophiam, tandemqvè in partibus imis ad tumores dematoſos ad hydropem univerſalem deicere valet.

Curationem qvod attinet felici alias cum cceſſu præſcripſit Parens meus hæcce medimenta, & qvidem, præmisſis viſciditatem ſolventibus, ad dyſcraſiam ſangvinis reſtiendam ♂lia: v. g.

℞. Eſſ. ♂is c. ſ. p. Unciam dimid.

D. S. reſolvirende Tropffen / tägl. 3. mahl 40. darvon zu nehmen.

℞. pulv. cachect. Qvercet. Unc. dimid.

M. D. S. Pulver tägl. 4. ſtarcke Meſſerſpitzen darvon zunehmen.

Evacuationis gratia in principio, præmiſſis geſtivis reſolventibus, præſcripſit haſce pilas:

℞. MP. Ammon. Qverc. ſcrup. dim
reſ. jalappæ, gr. v. diagryd. gr. iij.
f. l. a. c. ſ. q. Eſſ. ♂ c. ſ. p. pil. no. XV.
D. S. Pillen auf einmahl.

Ad menſes decoloratos in ſtatum natur
lem reducendos:

℞. Eſſ. meliſſæ Unc. dimid.
Ræ tartari acr. drachm. duas
M. D. S. Sonderl. Mixtur alle Morgen un
abende 50. Tropffen darvon zu nehme

Ratione diætæ jubebat tali morbo ægr
tantes, non multos cibos ſimul ac potum n
mium aſſumere juxta Hippocratis monitu
*Lib. II. Aphor. 9. Impura corpora, qvo plus n
triveris, eo magis lædes.* Sed ea omnia in ægr
ta noſtra fruſtra tentata fuerunt. Siqvide
hæc ſeptimanis præterlapſis tribus incideb
in tumorem pedum oedematoſum, qvi poſte
occupabat abdomen, deinde thoracem, qve
poſtea concomitabatur anhelans & maxim
difficilis reſpiratio, qva vitam cum mort
commutabat. In hujus aperto cadavere ſ
qventia notatu digna ſe manifeſtabant:

1. Abdomen totum lympha extravaſat
menſuras 8. exæqvante, refertum
rat.
2. Pancreas & omentum permultis gla
dulis ſcirrhoſis adimpletum.
3. Uteri glandulæ maximè tumidæ & ind
ratæ.

4. Thor

4. Thoracis cavum lymphæ extravaſatæ Unciis qvatuor refertum.

Obſervat. II.

FOeminæ ruſticæ XX. aliqvot annorum propter vitioſam conformationem podex exterius erat occluſus, intus tamen in vaginam uterinam deſinens, unde excrementa alvina per vulvam excernebat. Qvanqvam verò hujus maritus ante benedictionem ſacerdotalem per annuum ſpatium die noctuqve, multoties ſeſe cum ea copulaverat, adeo, ut ex tali congreſſu fœmina non ſolum imprægnaretur verum etiam poſtmodum abortiret; nihilominus tamen Abortum pro ſuo agnoſcere noluit, ſed potius excepit, eum eſſe à puerpera ſuppoſitum, & à muliere militari excluſum. Hinc in Judicio Eccleſiaſtico provocabat ad divortium, ac imprimis urgebat, congreſſum qvem hactenus cum uxore habuerit, fuiſſe ſordidum & fœtidum, proinde eum ulterius ſine horrore, & abominabili crimine ſodomiæ, continuare non poſſe. Impotentiam etenim legitimè cohabitandi, ac congreſſum ſodomiticum, ſole meridiano clariorem eſſe, pariter allegabat. Siqvidem impotentiæ ratione penis neutiqvam tendere valeat ad orificium uteri internum, ſed longe potius aberret in inteſtinum rectum, qvin

ſemen, continens in ſe ſe luculam ſeu radium vitæ elaſticum, emittatur in Cloacam, proinde ſodomia nulla ulteriori indigeat probatione. Anteqvam Caſus ſolide reſolvatur, qvædam præmonenda eſſe arbitror, & qvidem 1) qvod ſecundùm Jura Eccleſiaſtica ob defectus naturales, ſi nimirum facti ſunt, ut mulierem aut ad congrediendum, aut pariendum reddant inhabilem, nec per artem medicam corrigi poſſunt, omnino matrimonium, licet per benedictionem ſacerdotalem ſit perfectum, declaretur nullum, adeoqve reſolutio caſus præſentis omnino res majoris momenti eſſe cenſeatur. 2) notandum ex Pathologia, qvod, qvamvis caſus hic rarisſimus mihi nunqvam, niſi in fœmella canina, videre contigerit; attamen multoties in ſtatu morboſo & præternaturali miſeræ mulieres tales patiantur præternaturalem excretionem ſcybalorum inteſtinalium per pudenda. Sic novi exemplum fœminæ honeſtæ, qvæ diutius eſt perpeſſa hæmorrhoides cœcas, ob qvas inteſtinum rectum & vagina uterina erant inflammata, qvibus poſtmodum per ſuppurationem adapertis, feces tandem alvinæ per vulvam excernebantur. Similia exempla interdum obſervare licet ex partu difficili, qvalia vid. ap. *Barthol. Hiſtor. Anatom. Cent. II. Obſ. 63. & Ephemer. Nat. Curioſ. Anno III. Decur. I. Obſervat. 124.* In qvibus tamen caſibus & inte-

tinum rectum & vagina uterina arctè coali-
a, tandem eroſa deprehenſa ſunt. Aliter ſe-
ères habet, qvando in partu difficili perinæ-
ım, interſtitium nempe inter anum & vul-
ram, rumpitur, qva anus & vulva unum con-
inuumqve fiunt foramen, qvalem caſum al-
egat *Tim. à Güldenklee Obſ. Medic. Lib. IV. Ca-
u XXXI. p. 230.* In tali enim nonniſi difficil-
mus & rarisſimus evenit coalitus. Licet
tiam ruptura dicta in mulieribus congreſ-
ım non adeò jucundum, qvin & ſæpè dolo-
oſum efficiat, imprægnationem tamen mini-
nè impedit, uti aliqvoties obſervavimus, hinc
voqve in Jure Eccleſiaſtico tantum operari
eqvit, ut cenſeatur ſufficiens divortii cauſa.
Taceo qvod ejusmodi vitia morboſa poſt ma-
rimonium contractum ſupervenientia, licet
ongreſſum & imprægnationem interdum
rohibeant, matrimonium tamen non diſſol-
ant, ſiqvidem conjuges participes fiunt o-
nnis generis infortunii, qvod durante matri-
nonio uni illorum obvenit. 3) Notetur, qvod
mne genus volucrium fœminearum à pro-
ida natura ita ſit fabrefactum, ut ductus ex
vario tandem deſinat in inteſtinum rectum,
: conſeqventer congreſſus fiat per exter-
am podicis aperturam, per qvam ova exclu-
untur. His præmiſſis atqve præſuppoſitis,
cvertentes ad reſolutionem caſus noſtri ſin-
ularisſimi, perpendimus 1) conjugum dicto-
rum

rum congreſſus, ante copulationem ſacerdo talem, nocturnos diurnosqve ſine fœtore & abominatione fuiſſe habitos, ob qvos ſpont ſua evaneſcunt exceptiones fœtoris & abo minationis: Nam qvod ſemel placuit, pla ceat ſemper. Accedit, qvod hoc ipſum exer citium, præprimis inter ruſticos, qvibus die deſtinatus laborib9, comuniter peragatur no cturno tempore absqve oculorum & nariun concurſu. 3) Exceptio non penetrantis peni ad juſtam profunditatem, neutiqvam firm nititur talö; Siqvidem ipſe maritus per lon gum tempus uxori ſuæ ante & poſt copula tionem ſacerdotalem cohabitavit: Qvar exceptio hæc videtur magis ab Advocato, cu jus judicium, ad profunditatem hanc Anato mico-Phyſiologicam emetiendam, nimis cœ cum fuit, intempeſtivè nimis oppoſita. Acce dit porrò 4) propria conjugũ confeſſio, qvo maritus ſcilicet per integrum annum cum di midio multoties uxori cohabitaverit, ani ta men exterius clauſi ignarus. Hinc conclu dimus, maritum poſſe cohabitare uxori ſuæ eamqve imprægnare absqve notabili incom moditate. Accedit tandem 5) mulieris ant copulationem ſacerdotalem jam facta impræ gnatio, qvæ etiam maritum commovit, u eam in matrimonium duceret. Et utut ab ortum prætenderit ſuppoſititium, hic tamer â duabus ἀυ]όπ]οις teſtibus, mulieribus nimi

rum

um tum præſentibus confirmabatur. 6) Me-
us interim coitus Sodomitici mox evaneſcit,
nodò & congreſſus conjugalis ordinarius,
tut mulieris genitale naturæ errore vitioſe,
t gallinarum imò omnium ferè volucrium
nſtar, conformatum ſit, diſtingvatur â coitu
loSodomitico maris cum mare aut ἀρσενοκοι-
ῶ *1.Corinth. VI,9.* & *1.Thimoth. I,10.* In noſtra e-
im ruſtica podex exterius fuit occluſus,& ſic
naritus omninò penem vaginæ uterinæ im-
niſit,nec ani ſphincterem penetrare eamqve
elaxare neceſſe habuit, qvod primo ac
ltero conatu absqve dolore atqve moleſtia
entare non potuiſſet,uti Chirurgis,in ſpecie
ithotomis notum eſt, qvi veſicæ calculum
xploraturi, digitum ano citra dolorem vix
nmittunt, cum tamen Ruſtici penis citra
ubium digito Lithotomi longè craſſior ſit
ræſumendus.

Cauſam conformationis hujus ſin-
ularis non inepte tribuo imaginationi
naternæ, & mediante hac firmiter con-
eptæ ideæ tam ex congreſſu forſitan galli
um gallinæ, qvàm attentiore nimis ductus
varii (des Lege-Darms/) intuitu aut per-
nſtratione, qvippe qvi in gallinis reliqvisqve
vibus inteſtino recto inſeritur. Nam qvod
ales in gravidis conceptæ ideæ ſtructuram
iſcerum in fœtu poſſint deformare, præter
nultiplicem B. Parentis mei experientiam,

va-

variarum Auctorum Obſervationes allegavit Fautor Noſter æſtumaſiſſimus, *Dn. D. Weſtphalus in Patholog. Dæmon.* propemodum edenda, cujus *Synopſis Appendici Anni IX. & X. ſuprà dictarum Ephemerid. Decur. III. p. 176-206. & Novor. Literar. Hamburgenſ. Anno 1706.* inſerta legi poteſt. Ipſe puerulos aliqvot, penis glandi caninæ ſimili, ex impresſione materna natos vidi, unde etiam ob freqventiam caſuum mulierculæ adminiſtrantes puerperis denominant Ein Hunde Pipgen. Sic notus adhuc eſt Vir qvidam nuper demortuus, cujus glans in formam & figuram aſininæ efformata erat, qvia mater hujus gravida aſinum laſcivientem fuit intuita. Ineptè igitur confunduntur Actus Sodomitici, & congreſſus maritales cum fœminis vitioſa genitalium conformatione laborantibus.

Obſervat. III.

ANno 1690. ſub B. Parentis mei directorio ſecuimus in Noſocomio Lipſienſi Hydropicam demortuam, poſtqvam mediante paracenteſi abdominis inſtituta octo præterpropter lymphæ menſuræ evacuatæ erant; in qva ſeqventia obſervavimus:

1. Epiplocelen ovum columbinum exæqvantem, in qva aperta nihil, niſi parum omenti, deprehendebamus.
2. In abdominis cavitate Lympham cum

mate-

materia puruléta ſatis copioſam; inteſtinis circumfuſam, qvorum etiam partes nonnullæ ad ruborem aliqvalem arroſæ videbantur.

3. In inteſtino recto glanduloſa qvædam corpora.

4. Fel atrum atqve viſcidum.

5. In dextro thoracis latere lymphæ dimidiam menſuram, in ſiniſtro verò pulmones pleuræ partitim adnatos.

6. In dextro cordis ventriculo polypum, binos digiti articulos longum, latitudine verò digitum transverſum æqvantem.

7. Tandemqve foraminis, cui cannula inſerta, circumferentia, nec non omenti particula una ac altera nigricabant.

Obſervat. IV.

EOdem Anno in prædio Ammelungiano, in der Ammelungs-Burg / qvo ſuburbia ...etrina ſuperbiunt, ſecuimus cadaver pueri ...npyemate demortui, qvod qvidem, præter ...ſpirationem difficilem, toto morbi tempo... nullo ſigno ſe manifeſtaverat. Aperto ...orace, hujus cavitas ingentem materiæ pu...lentæ, hujusqve ad partem coagulatæ, co...am offerebat, ad integram ferè menſuram.

In

In ſimilem etiam materiam qvidá pulmonur
coſtis adnatorum totꝰ exulceratꝰ lobꝰ coll
qvatus videbatur, reliqvis particulis cont
nentibus maxima ex parte,a corruptione dila
ceratis. Dicta materia in utroqve later
conſpiciebatur in æqvilibrio, capſula tame
cordis, qvod alias in empyematicis freqver
ter obſervari ſolet,eadem vacuâ, paucamqv
contrà lymphæ qvantitatem continente,e
rant â corruptione immunes & ſalvæ,reliqva
qve viſcera omnia benè ſe habebant. Omen
tum autem,uti in brutis ordinariè conſpi
ſolet,ad proceſſum usqve peritonæi erat pro
tenſum, atqve lien inſolitæ magnitudinis, i
duos qvaſi lobulos diviſus.

Obſervat. V.

ANno jam dicto ſecuimꝰ in NoſocomioEp
lepticam,in cujꝰ cerebri ſinu longitudina
li ſuperiori, aperto cranio, lympha coagulat
reperiebatur,repræſentans polypum duos d
gitos exæqvantem, ex qvo ſimilis figuræ ma
teria, qvamvis qvantitate minor, ad cerebe
lum usq; protendebatur. Præterea in dextr
cerebri parte ſangvis coagulatus, à contuſio
ne forſan vel alia vi externa ortus,deprehen
debatur;qvin etiã plexui choroideo præterna
turaliter ſe ſe habenti particulæ qvædam gra
nulorum lapideorum inſtar inhærebant.Poſt
apert

orace, præter magnam væ pericardii copi-
n, cor digitorum attactu obſervabatur non
hil duriuſculum; cujus qvoqve auricula
xtra extraordinariæ magnitudinis poly-
ım pariter ſatis ingentem continebat;
ales qvoqve è ſiniſtro cordis ventricu-
, nec non arteria aörta, extraximus. Ce-
rum viſcera reliqva cuncta ſecundum na-
ram ſeſe habebant, niſi qvod veſicula fel-
grandior, qvàm ordinariè eſſet ſolet, con-
iciebatur.

Obſervat. VI.

ANno eodem ibidem ſecuimus cadaver puellæ maraſmo hectico extinctæ. Æ-
rota toto morbi curſu vomitibus vexaba-
ır, & qvidem aliqvot ante mortem diebus
ehementioribus: Primo principio tumor
edematoſus totum corp9, imprimis faciem,
ectus, manus, atqve pedes, &c. occupabat,
vi tamon poſt crebriorem uſum Tɪʀæ tartari
ris, aliorumqve medicamentorum reſol-
entium ceſſabat. Poſthinc totum corpus
emaciabatur, ut muſculorum ſaltem ve-
igia, fibræ nempe flaccidæ, apparerent. A-
erto thorace, omnia conſpiciebantur natu-
lia, cor integrum, vaſa ſat magna, niſi qvod
ulmo dexter qvoad unum lobum ſecundæ
tertiæ coſtæ adnexus eſſet, ſiniſtro libero.

Hepar erat ſatis bonum, bilis vero co
loris atri,& conſiſtentiæ verè piceæ,pancrea
carnoſum totum apparebat & ſimul ſci
rhoſum, lapidisqve inſtar durum, unde du
ctus pancreaticus inveniri non poterat. In
teſtina deprehendebantur flaccida & vacua
renes laudabiles, in medietate tamen uret
rum ſtagnabat urina propter veſicam re
pletam. Pingvedinis renes cingentis qvan
titas,toto licet corpore emaciato, ſatis era
notabilis, qvod mirandum.

Obſervat. VII.

ANno jam dicto in ædibus civis Lipſienſ
ſecuimus puerum VIII. annorum,qvi an
te triennium ex caſu ab alto oſſis bregmat
dextri fracturam perpeſſus erat tantam, u
inde fruſtum ſatis magnum, duos qvippe di
gitorum articulos exæqvans, eximeretu
Curâ tunc temporis abſolutâ, hactenus ſati
benè valuit, niſi qvod interdum capitis dolo
ribus corriperetur: qvos autem paucis ant
obitum diebus intolerabiles ferè cum vomit
freqventi paſſ9 eſt,inſeqvente tandē Aphonia
qvæ ipſum cum inſultibus epilepticis ad qvin
tum usq;diem,qvo mortuus eſt,comitabatu
Inſtitutâ ſectione, remotisqve integumentis
qvantum in exemti oſſis locum natura pro
vida reſtituerit,non ſine ſtupore vidimus:De

pre

ehendimus præterea fiſſuram, à ſupra dictæ
acturæ loco ortam usqve ad os temporis
extri; inſuper dura mater in loco affecto
irior non nihil, carneas ferè fibras nacta e-
t. Cerebrô tandem diſſectô dexter ven-
iculus reperiebatur aqvæ unciis qvatuor
fertus, cujus generis lympha, qvamvis mi-
ore copia, in ſiniſtro qvoqve ventriculo vi-
ebatur, ventriculorum verò ſubſtantia ita
rat vitiata, ut ad levem attactum rumpere-
ur, lymphæqve copiosè proruenti viam fa-
eret.

Obſervat. VIII.

HIſtoriam vitæ & mortis Adepti cujusdam Hamburgenſis, Dn. Jeſſe, notatu qvam maximè dignam conſignavit B. Frater meus: hanc, qvia tam Phyſicis, qvam arti Medicæ addictis, haud ingrata eſſe poteſt, Lectori Benevolo communicare volui, & qvidem prout deſcripta eſt à jam dicti Jeſſe filio adoptato in literis ad qvendam Amicorum exaratis, qvæ ita ſonat;

Beatus Dn. Jeſſe natione qvidem erat Judæus, Religione tamen Chriſtianus; credebat enim Chriſtum Salvatorem, qvem publicè profitebatur. Erat Vir optimæ fidei, qvi largas, utut ſecretò, diſpenſabat Eleemoſynas; vivebat caſtè in cœlibatu, & me, cum eſſem

10. circiter annorum, famulum elegit ex Collegio publico orphanorum illorum, qvi mox de utero in plateis expoſiti reperiuntur; ipſius curâ & impenſis lingvam didici Latinam, Gallicam atqve Italicam, & aſſvetudine tandem familiari etiam Hebraicam. Famulabar illi pro viribus, præſertim in Laboratorio ſive Deſtillatorio; callebat enim artem Medicam, & deſperatos curabat morbos. Cum agerem annum vigeſimum qvintum, vocabat me in cœnaculum, & juramento de non contrahendo matrimonio ſine illius præſcitu & conſilio, obſtringebat, qvod etiam promiſi & religiosè ſervavi. Annum porrò cum agerem triceſimum, primo diluculo per qvàm blandè me alloqvendo, dicebat: *Mi fili, balſamum meum vitale, propter ingruentem ſenectutem,* annum enim tunc ſuperaverat octuageſimum octavum, *mihi fermè conſumtum ſentio, ideoqve mors brevi inſtabit: Conſcripſi meum Teſtamentum in favorem meorum patruelium & tui ipſius, qvod poſui ſuper menſam Oratorii, qvo nec Tibi, nec ulli mortalium hactenus pervenire licitum fuit, nec tu ipſe meæ devotionis horis pulſare auſus es.* Ad horum valvas me dehinc ducens, harum juncturas oblinebat materiâ qvâdam pellucidâ cryſtallinâ, qvam ceræ inſtar digitis tractabat, hinc imprimebat ſigillũ auro inſculptum, tandemqvè materia hæc cryſtallina ab aëre ambiente indureſcebat, ut

nec

nec janua ulla ſine impreſſi characteris læſio-
ne moveri nec aperiri poſſet. Claves Ora-
torii includebat ciſtæ parvulæ, cuj9 juncturas
eàdem materiâ cryſtallinâ ſimili modo obli-
nebat, huicqve eundem ſigilli uſitatum ſibi
characterem imprimebat. Ciſtulam ſigillo
munitam mihi tradebat, & ne hanc ulli ex-
traderem ſeriò mandabat, niſi ſuis patrueli-
bus, Dno. Jeſſen, & Abrahamo Salom. Jedhu,
qvi tunc temporis in Helvetia habitabant;
prior tamen horum pariter cœlebs. Redi-
ens mecum in cœnaculum, me præſente ſi-
gnetum ſuum, qvô uſus erat, immittebat a-
qvæ cuidam limpidæ, qva illicò reſolvebatur
ſicut glacies in aqva calidâ, ſubſidente pulve-
re albo, & liqvor roſæ provincialis ex rubro
pallidæ inſtar colorabatur, vitrumqve con-
tinens cryſtallinâ dictâ materiâ occludebat,
qvod unà cum clavibus Dn. Jeſſen offerre ju-
bebat. His peractis, genibus flexis recita-
bat Pſalmos aliqvot Davidis idiomate He-
braico, tuncqve inſidens ſolio, in qvo horis
pomeridianis dormire conſvetus erat, hau-
ſtum vini Malvatici, qvô parcè aliàs frueba-
tur ſibi exhibere jubebat. Sumptô vinô, me
ſibi præſentem eſſe volebat, hinc capite hu-
meris meis impoſito qvictè dormiebat: Sed
elapsâ circiter horâ, altum ducendo ſpiritum,
animam Deo reddidit magnâ cum meâ con-
ſternatione. Vi ergò promiſſi patruelibus

 dictis

dictis in Helvetia degentibus Patroni mei obitum notificabam: Sed ipſo poſt B. hujus obitum die literæ Dni Jeſſe ad me ſcriptæ advolarunt, qvibus ille vel mortem vel ſalutem Patroni ex me ſciſcitabatur, qvaſi ſciviſſet, qvid hîc locorum hactenus actum fuerit, qvod cum ſtupore legi. Cauſam autem hujus ſcientiæ, ſingularis inſtrumenti occaſione manifeſtatæ, poſtea reddam. Advenerunt Patrueles, qvibus omnia geſta narrabam: Jeſſe ſubridens, alter attonitus cum admiratione, auſcultabat. Offerebam eis claves & vitrum cum incluſo liqvore; Sed die hoc omnia recuſabant, & ob multas ab itinere perpeſſas moleſtias qvieſcebant. Seqventi verò, horis matutinis, foribus ubique clauſis, nobisqve ſolis, Jeſſe ſuper phiala porcellanea vitrum pro incluſi liqvoris portione acqvirenda fregit, qvo ſigilla madefaciens, durities materiæ cryſtallinæ in pultem liqvidiorem illicò reſolvebatur. Ciſtulam aperiens reconditas Oratorii claves eximebat. Accedebamus Oratorium, ubi Dn. Jeſſe, ſigillô recognitô, dicto liqvore materiam cryſtallinã pariter imbuebat, qvæ ſtatim etiam reſolvebatur; valvas de hinc aperiens, poſt mox iterũ occluſit, dein procumbens in genua preces ad Deum fuſit, qvod & nos faciebamus: Oratorium dein intrantes, foribus mox clauſis magna hic vidi miracula. In medio enim Ora-

ra-

torii poſita erat menſa, cujus baſes ex ligno
ebeno fabrefactæ, ſuperior autem pars ro-
ında ex eodem ligno, & ubiq; auro laminato
no obducta, cernebantur. Coram menſa ſca-
ellũ ſtabat humile pro genibus flectendis ac-
õmodatum. In medio menſæ inſtrumentum
dmirandæ fabricaturæ poſitum erat, cujus
ferior pars ſive baſis rotunda ex auro
uro confecta, media autem ex cryſtallo pel-
cida, in qva reconditus ignis incombuſtibilis
diians; pars etiam ſuperior auro puro con-
abat in forma phialæ. Supra hoc inſtru-
entum cryſtallus ovalis figuræ catenæ au-
æ alligata pendebat, cui pariter ignis per-
etuus radians incluſus erat. In menſæ la-
re dextro conſpiciebam pyxidem auream
alſamo qvodam coloris ex rubro ſcarlati-
i repletam, cui cochlear parvulum ſuper-
npoſitum. Coram ſiniſtro menſæ latere
arvulum pulpitum ex auro puro confectum
onſpiciebatur, ſuper qvo poſitus liber, qvi
onſtabat 12. foliis ex auro puro laminato
onfectis, inſtar papyri tractabilibus & flexi-
ilibus, in qvibus, intra libri medietatem, uti
in foliorum angulis certi characteres in-
culpti, in centro vero foliorum dicta qvæ-
am ſacra & precationes inſcripta videban-
ır. Intra pulpitum Teſtamentum Patro-
i defuncti abſconditum jacebat. Dominus
eſſe interim pulpitis incumbens ex libro di-
 cto

cto aureo aliqvot preces cum ſubmiſſa devo
tione recitabat; poſtea cochleari dicto par
vulo parvam Balſami qvantitatem ex pyxid
adſtante hauriebat, qvi ſubtiliſſimum in fu
mum exhalans odore ſuo ſvavisſimo ſenſibi
liter nos recreabat, & qvod admiratione di
gnum, vapor hic aſcendens ignem cryſtallo
pendulæ incluſum ita movebat, ut horribili
ter ſcintillaret inſtar aſtri & fulguris. Hi
præmisſis, Dn. Jeſſe Teſtamentum aperuit
cujus tenore B. Vir Patruelium alteri Dn
Jeſſe Libros Sapientiæ, unà cum omnibus in
ſtrumentis; hujcqve, ſimul ac alteri patruel
tanqvam hæredib9, totam hæreditariam maſ
ſam in æqvales portiones dividendam legavit
mihi vero præſtita ſervitia & fidelitatem
6000. Ducatonibus aureis compenſavit. Qvæ
rebantur ab his hæredibus dicta inſtrument
atqve Libri Sapientiæ & deſiderabantur, qvi
bus locum in & circa Oratorii menſam indi
cabam. In dextro nimirum Oratorii later
poſita erat ciſtula ex ligno hebeno, cujus in
terna ſuperficies auro puro obducta. Ca
piebat hæc duodecim inſtrumenta aure
mire tornata ac fabricata, ubiqve characte
riſmis inſignita. Huic adſtabat alia ciſta ſa
tis ſpatioſa, qvæ duodecim continebat ſpecu
la eleganter polita & fulgentia, non qviden
ex vitro, ſed materia qvadam incognita con
fecta: Centrum horum miros præſentaba
cha

haracteres & intuentium figuras oppoſitas, orumqve extremitates auro fino cinctæ erant. Alio in repoſitorio ſatis ſpacioſo ſpeulum ſtabat capaciſſimum, qvod Dn. Jeſſe ppellabat Speculum Salomonis & Mundi Iiraculum, in qvo concurrere judicabat characteriſmum totius univerſi. Capſula tandem vædam ex hebeno ligno formata, globum ex iira materia tornata includebat, de qvo Dn. eſſe dicebat, qvod ignem & animam mundi ccultet, & ſpontaneo ſuo motu univerſi ſyematis motum imitetur. Capſulam hanc & lia comitabatur, qvæ inſtrumentũ peculiare, idicem horologii inſtar repræſentans, includebat; Sed huic, loco numerorum horas inicantium, literæ Alphabeti inſcriptæ erant; firmabatqve Dn. Jeſſe de hoc inſtrumento iirum motum conſenſualem, exactè correondentem cum inſtrumento illo, qvod in Ielvetia poſſideat, cujus motu mediante B. 'ir mortem imminentem ſignificaverit; qvá e cauſa jam nominatus Jeſſe proximo poſt atroni obitum die literas ad me ſcripſerit, cũ ropter ceſſantem motum inſtrumenti & incis mortem illius judicaverit. Ultimò liros Sapientiæ inveniebamus, qvos aperienɔs Dn. Jeſſe recuſabat. Juxta hos libros oſita erat pyxis aurea cum pulvere qvodam arlatinei coloris ponderoſiſſimo, qvem Dn. eſſe ſubridens ſtatim repoſuit. Prope Ora-

torium exſtructum erat Cabinetum, in qvo qvatuor ciſtæ ſatis amplæ, auri puri fruſtulis oblongis adimpletæ videbantur, ex qvibus dicti patrueles 6000. Ducatones auri à Patrono mihi legatos, in duplo perſolvebant. Reliqvam maſſam Dn. Jeſſe poſſidere detrectabat, prætexendo, qvod totam hanc prælegatum ſuum ſuperet; callebat enim artem B. Patroni mei. Ideo portionem hanc ſuam hæreditariam egenis aliqvot Virginibus dotandis impendebat. Ipſe patrueliumPatroni mei ſvaſu, talem virginem unà cum portione legati theſauri in matrimonium duxi, qvæ etiam fidem Chriſtianam ſtatim profeſſa, & adhuc in vivis eſt. Dominus Jeſſe omnia ſua prælegata curioſè qvaſſavit, ſecumqve adduxit; alter verò aurô oneratus domum revertit. Ille poſteà, ob motus imminentes bellicos, locum ſibi elegit temperatum & qvietum in India Orientali inde præterito anno literas ad me ſcripſit in qvibus filii mei primogeniti adoptationem mihi ſignificavit, qvi hunc in finem Indiam jam profectus. Eo tempore, qvo nos in Oratorio ſubſiſtebamus, admiranda myſteria ex Inſtrumentorum Sapientiæ motibus colligebamus, qvæ ſcribere jam nec poſſum nec audeo. Præſentia verò, Amicorum intime, Te ſcire volui.

Vale & Salve.

Ob

Obſervat. IX.

Ullo reperiri in ſexu ſeqviori ovaria, communis eſt Anatomicorum ſen-
tià. His autem tertium adhuc addere
n nullis placet, de qvo *Diſp. de Sterili-*
e, ſub Dn. D.Naboth Exercitatiſſimi aliàs
atomici,Præſidio habita, conſulenda. U-
m autem experientiâ & ratione hoc i-
ım confirmari poſſit, in præſentiarũ non
putabo: Nihilominus ex principiis A-
tomico-Pathologicis demonſtrari poſſe
nfido, in affectibus cachecticis hydropi-
& tumoribus oedematoſis,internorum
cerum glandulas ſtatum qvendam præ-
naturalem induere: Siqvidem has in
n paucis cadaveribus diſſectis qvam ma-
ne ſcirrhoſas, & ad hydatides Galeni re-
endas, obſervare nobis licuit. Memo-
ile jam referre lubet exemplum in ca-
vere meretricis hydrope extinctæ, in
ſocomio annotatum: In hoc enim ab
tra deprehendimus glandulas circa cer-
em uteri,ovariorum maximè ſimiles.Illis
tem diſſectis, nihil aliud ſe offerebat,
àm lympha, uti aliàs in glandulis hydro-
pi-

picorum, viſcida, rugæqve ſimul vaginæ
terinæ partim excreſcentiis carnoſis, pa
tim glandulis ſcirrhoſis inſtar globoru
minorum refertæ conſpiciebantur. Or
ficium uteri internum ſatis erat amplun
ut digiti craſſioris cuſpidem excipere po
ſet. Ovarium dextrum lapillis nonnu
lis inſtar granorum milii turgidum co
ſpiciebatur. Qvibus circumſtantiis ri
perpenſis ex principiis Anatomico-Phyſi
logicis concludimus, glandulas jam dict
ſcirrhoſas neutiqvam pro ovario illo n
vo ac tertio haberi poſſe. Interim diffit
ri haud vereor, interdum ovulum aut fo
cundatum aut ſterile ſede ſua naturali d
lapſum, per tubam Fallopianam in mulier
bus, fluore albo laborantibus, partim pr
pter lubricitatem fibrarum motricium a
cervicem uteri usqve deferri, partim h
jus peripheriæ, propter viſciditatem, ann
cti, imò foetum ipſum in tuba Fallopia
concipi poſſe: uti talis tubaria concept
non ſolùm ordinariò fit in brutis, corn
bus nempe horum uterinis, ſed etiam e
traordinario modo in hominibus, præt
experientiam *Elsholzii in eleganti Trac
de Concept. Tubaria, Riolani, Isbr. Dieme*

br

ckii in Anatom. Matth. Tilingii, aliorum-
e mihi ipſi, ſub *B. Parentis* directorio in
qvot cadaveribus diſſectis, ſine ullo
vi Ovarii conceptu, animadvertere li-
t.

Obſervat. X.

Arens meus beatè defunctus in ædibus
ſuis de ſcala labens ab initio ſtatim per-
tiſcebat debilitatem in oſſe femoris ſi-
tri, & præprimis circa geminum caput
us oſſis, ut ulterius greſſus formare non
tuerit; poſt, ſeptimanis qvatuor præ-
lapſis, corripiebatur exqviſitiſſimis do-
ibus, cum ſubſeqvente tumore, ut etiam
tum deſerere non valuerit. Exhibitis
em medicamentis utilibus, levamen in
tum perſentiſcebat, ut per plateas ali-
atenus ambulare & ægrotos viſitare i-
um valeret. Aſt paulò poſt dolores &
nor recrudeſcebant, & tantâ qvidem
hementia, ut lectum denuò petere co-
retur; hoc tandem concomitabatur pro-
r pulmones ſphacelatos pleuropnev-
nia, & ſic tandem diem ſupremum obi-
. Hujus in diſſecto cadavere Medici
Ex-

Experientiſſimi, Dn. D. Schambergeru
νῦν ἐν ἁγίοις, & Dominus D. Drechslerus, (m
ipſi n. cultrum Anatomicum admovere
mius animi moeror non permittebat)
qventia obſervabant, mihiqvè ac aliis c
gnatis demonſtrabant:

1.) In crure ſiniſtro circa juncturam
ſis femoris & tibiæ notabilem tum
rem.

2.) Ipſo in loco affecto magnam ca
tatem, ſangvine & ſero extravaſa
ad menſuram libræ impletam.

3.) Fractura oſſis femoris craſſitudine
pollicis æqvabat, qvæ ab ipſius &
biæ junctura per geminum femo
caput transverſim procedebat, & ſu
ſtantiam oſſeam in parte anterior
ad duorum digitorum trânsverſ
rum latitudinem, exederat & co
ſumſerat, prout Figura 9. indicabit.

4.) Pulmones erant ſphacelati, qvib
qvaſi in ſacculo materia purulen
incluſa.

5.) In folliculo felleo qvatuor reperi
bantur calculi cubis haud abſimile
fig. 10. depicti;

6.) In renibus & veſica urinaria propt
fr

qventiorem uſum pilularum lithontri-
carum nihil, niſi in poſteriori duo gra
ſabuli, utut B. Parens paucis abhinc an-
vehementioribus nephriticis doloribus
obnoxius fuerit, multosqve calcu-
los renales excreverit,

BENJAMINI BENEDICTI PETERMANNI,

Medicinæ Doctoris & Practici Lipſienſis,

OBSERVATIONUM MEDICARUM

Decas III.

LIPSIAE,
Apud Hæred. FRIDERICI LANCKISII,
ANNO M. DCCVII.

Obſervatio I.

FOEmina 25 annorum conqueritur de difficultate reſpirandi per nares, ore hiante vero facile ſpiritum reciprocat, quæ difficultas ſenſim atque ſenſim per aliquot annorum decurſum ſuccrevit, atque quotie eſt adaucta. Inſpicienti nares apparet globulus rnoſus & in tantum rubens, quique in inſpiratione trorſum, in exſpiratione vero extrorſum movetur. gna anamniſtica deſumuntur ex geneſi hujus mali, m nimirum non ſubito, neque etiam cum ſenſibili lore eſt enatum. Unde hic non licet præſumere obuctionem â rei forinſecus ſuſcepta. Quale quid im obſervavimus in puero, qui piſis majoribus luns, incautus unum in ſiniſtras nares intruſerat, ide ab humiditate inturgeſcens totas nares obſtruebat. eque ab interna inflammatione, & ſubito tumore. quidem hic nunquam ſine ſenſibili triſti perceptio: progignitur. Igitur ſigna diagnoſtica ex oculari ſpectione globuli in tantum rubentis absque inflamatione & dolore produnt polypum. Qui eſt caroſa excreſcentia glandularum ſub tunica nares cinnte poſitarum. Signa prognoſtica ſunt: in unis untaxat apparet naribus, non mox metuenda ſuffoca-

tio. Interim tamen tractu temporis facile poteſt e-
creſcere: id quod ſi retrorſum fit, larynx ipſe poteſt o-
tegi, ut tandem aliquando totalis ſuffocatio ſubſequ-
tur. Pars affecta ſunt ratione obſtructionis, nares ſi-
niſtræ, qnas per naturam oportet eſſe patulas, qu-
nimirum ſubinde in reſpiratione aër liberrime recipro-
cari valeat. Singulariter tamen afficiuntur glandu-
læ membranæ cingenti ſuppoſitæ, quas primus nob-
revelavit D. Steno in obſervat. de glandulis & muſcu-
lis. Hæ ſenſim atque ſenſim ſuccreſcunt ſub hac ip-
membrana integra, ut demum ingentem tumorem
conſtituant. Cauſa proxima equidem non facile d-
vinabitur: Siquidem hæc ipſa poteſt eſſe varia; nam
refert Tulpius in obſerv. puellam per continuum for-
tiorem attritum digito naribus intruſo factum, poly-
pum ſibi excitaſſe. Alii Autores alias allegant cauſas, v.
gr. frequentiores ſpontaneas narium hæmorrhagias
quippe quæ à nonnullis non inconcinne æquiparantu-
hæmorrhoidibus, de quibus relatum legimus, quod in-
terdum anſam præbuerint variis excreſcentiis. Itaqu-
quod huic contingit, illud etiam de naribus ſuſpicar-
licet. Indicatio curatoria eſt: Polypus quantocy-
us, ne magis ſuccreſcat, tollatur. Quæ indicatio
impetrari debet juxta Autores duplici via. Etenim
aut manu chirurgi radicaliter extrahatur aut medica-
mentis ſepticis ſenſim atque ſenſim abſumatur. Hu-
ſini autor eſt P. Poterius, ut echium pulveriſatum quo-
tidie naribus admoveatur, promittit enim polypi to-
talem abſumptionem abſque ullo dolore. Equidem
hodie res eſſet factu faciliima, poſtquam nimirum pul-

verſi-

:res ſternutatorii ab honeſtisſimis etiam viris &
uidem multoties attrahi conſveverunt. Ve-
um enim vero dolendum eſt, quod Poterius
eciem echii (dantur enim plures apud Bota-
cos) reticuerit, ac proinde in ſuſpicionem ex-
:rimenti non ſatis explorati incurrerit. Nam
›enter confiteor, hunc autorem mihi non vi-
:ri numerum Evangeliſtarum obſervationibus
is adauxiſſe. Qua de re alia via rem aggredia-
ur. Et utut varii Autores Merc. ſublimat. vel pul-
:rem arſenicalem etiam ſvadent; attamen hæc
nnia ſeptica nobis valde ſuſpecta. Siquidem
pe numero exulcerationes cancroſas vel ad mi-
mum phagedænicas relinqueres quo facto ſor-
diſſima ozæna ex polypo progignitur. Id quod
accidat, malo operationem chirurgicam,
æ conſiſtit in hoc, quod polypus volſella cre-
ta ſit, quantum fieri poteſt, una vice radicali-
apprehendendus & contorquendo evellen-
s. Quod ipſum tamen abſque hæmorrhagia
h ementi rarisſime contingit. Quare mox o
s eſt medicamento ſangvinem ſiſtente: quale
: eſſe poterit Spir. Vin. optime rectificatus, aut
am terebinthinæ, nec non liquor ſtypti-
s Weberi. Imo ſi forſitan tali medicamento
:morrhagia non ſiſtatur, poterit etiam ſtylus
›boſus ignitus in nares intrudi: quo facto cer-
hæmorrhagia ceſſabit.

Obſervatio II.

VUlneratur miles gregarius, horâ 8 veſpertin in conflictu tumultuario, prope umbilicur aliquanto ſaltim altius in latere dextro, & qui dem ita, ut transverſim transfodiatur, gladius que prope vertebræ undecimæ dorſi proceſſur transverſum exeat. Vulnere inflicto elabitur por tio inteſtini cujusdam digitum medium longa ut bis fuerit reponenda: adeſt hæmorrhagia u trimque largiſſima. Prima nocte inſequuntu vomitus & lipothymiæ, pulſus naturali frequer tior, ſed non rite plenus. Signa anamniſtic deſumuntur 1) ex tempore, quod docet, inteſtin & ventriculum fuiſſe repleta 2) ex prolapſu por tionis inteſtini: Nam hoc ſignum nobis ingene rat ſignum diagnoſticum, quod vulnus penetr in cavitatem abdominis, 3) ex largiſſima hæ morrhagia Quippe quæ ſignificat, non valde mul tum cruoris hoſpitari in abdomine, præprimi vero, cum major pars ſangvinis ex vulnere po ſtico promanaverit. Jam ſigna diagnoſtica ſe quuntur, quæ paſſim jam ſunt tradita, & ſignifi cant penetrationem in abdomen, quoad vulnu anticum, poſticum vero æſtimatur ex immiſſ candela cerea tenuiore. Supereſt dubium: U trum punctura hæc ſit una transverſim pene trans; an vero ſit duplex. Situs vulnerum quoad partes extimas ſvadent prius, cui tamer obſtare videtur tractus vulnerum. Siquider

vul

ulnus anterius in tantum vergit ſurſum, poſte-
us vero leviter deorſum. Opus eſt itaque
ajori diagnoſi. Hinc quia illi, qui tumultui
terfuerunt, referunt, enſem ferme penetraſſe
d manubrium, omnino reddimur certi, adeſſe
ulnus unum utrimque penetrans. Qua de re
lterius agnoſcimus, neceſſario intus etiam eſſe
ulnerata viſcera, quæ vero impræſentiarum nonum
um potuerunt cognoſci. Quoniam autem in-
erjecto biduo aliquantulum cruoris per tuſſim
ſt ejectum, per vomitum vero, & per alvum
ihil, dignoſcimus, vulnus quoad tractum po-
icum, penetraſſe per diaphragma & extremita-
em inferioris lobi pulmonum. Die 6to vulne-
a benè apparent matura, & ſatis ampliata, ita,
t non duntaxat ſtylum cereum, verum etiam
erreum introrſum admittant: Imo ipſo hoc
tylo filis carptis involuto ſentitur â parte antica
iſcus aliquomodo firmum, cui vulnus eſt infli-
tum, ex quo materia purulenta filis carptis ſub-
rahitur. Ex quo phænomeno ulterius conclu-
litur, hepar eſſe læſum, ejusque vulnus mature-
cere die nono copioſa ſaburra ſangvinis nigri-
antis viſcidi ad inſtar picis ferme per alvum eſt
jecta; unde conjectura enaſcitur haud vana,
ulnus penetraſſe quæque inteſtina, & in ſpeciè
orte colon, cruoremque hunc, qui poſt multos
denique dies per alvum ſeceſſit, primis vero die-
bus, impactum hæſiſſe cellulis inteſtini coli, do-
nec tandem computreſcendo reſolutus & foras

 ex-

excluſus fuerit. Signa prognoſtica valde dubia cum nemo hominum infallibiliter poſſit cognoſcere viſcera læſa. Et utut ſpem quandam promittant vulnera bene ſuppurantia, doloresque remittentes; Attamen metus eſt, ne intus in hepate colligatur materia purulenta, quæ totum demum viſcus inficiat. Cauſæ ratione vulnerum ſatis ſunt exploratæ, ratione ſymptomatum vero perito ſuapte quoque innoteſcunt. Siquidem quamlibet largam hæmorrhagiam inſequuntur lipothymiæ, & pulſus non ſufficienter plenus quanquam hic ſæpe ſit juſto frequentior ob motum cordis frequentiorem ab animi motibus concitatum. Indicatio præſervatoria poſtulat quietum ſitum in lectulo molli, & temperatè calido, præterea omnia quoque aſſumenda ſunt in tantum calida alvusque retineatur aperta. Hæ indicationes quomodo ſint obtinendæ cuilibet apparet. Saltim notetur, quoad ultimam, non temerè alvum eſſe movendam, ne ex inteſtinis concitatis vulnus irritetur. Qua de re tertio demum die præſcribere licet clyſterem emollientem atque carminativum. Interim non eſt permittendum, ut ſcybala indureſcant, atque deinceps & â flatibus interceptis, & ab humoribus acribus inteſtina turbentur. Indicationes curativæ ſunt 1) Cruor extravaſatus ſenſim ſubducatur, 2) Vulnera ad maturitatem diſponantur, & repurgentur 3) Symptomatibus occurratur. 4) Hæmorrhagiæ ſiſtantur 5) Inteſtinum prolapſum

repo-

reponatur. Prima indicatio obtinetur primario per turundas ampliatorias: Fiunt ex radicibus raparum exſiccatis, emplaſtroque ſtictico involutæ intraduntur. Secunda indicatio ratione maturationis obtinetur per ungventum digeſtivum aliquantillo ungventi acrioris permixtum v. gr. Ungvent. Apoſtol. cum digeſtivo ex vitell. ovorum, terebinth, & hyperic. hoc illinitur turunda, atque illita intruditur: Poſt modum ab extra applicatur emplaſtr. ſtictic. primario, ut turundæ retineantur. Apparente pure maturo atque ſufficiente, nunc intendatur fundamentalis conſolidatio. Itaque vulnera ab extra, adhuc retineantur aperta: intus vero, quo usque penetrare licet, & quidem in hepate, penicillo imbuto v. gr. Tinctur. Myrrh. it. Elex. prop. Tinctur. Succin. abſtergatur: id quod negotium ſi per aliquot dies fuerit continuatum, poſtea in ſingulis deligationibus turundæ abbrevientur. His omnibus factis, natura conſolidationem operabitur. Symptomata valde urgentia ſunt lipothymiæ, vomitus &c. Hiſce igitur occurramus intus medicamentis cordialibus atque nervinis, ab extra vero fragrantibus. Interna cordialia non debent eſſe nimis ſpirituoſa, ne acceleretur febris travmatica. Hinc Aquæ deſtillatæ v. gr. Borrag. Fl. Til. in majori; ſpirituoſæ vero, antepileptica v. gr. in minori doſi conjungantur. Inſuper quia in potionibus talibus opus eſt ſyrupo ad gratiam, is debet eſſe

temperatus ne excitentur flatus in inteſtinis. Imo uti poſſumus confectione de hyacynth. in minori doſi. Nervina ſunt Cinnabarina & ex animalium partibus duris præparata v. gr. Specif. D. M. pulvis march. antep. in ſpecie vero dens equi marin. C. C. & Ungul. Alc. Febri travmaticæ obex ponitur primario per Antimonium diaph. quod prioribus admiſcendum. Ita ſuſcepta curatione vulneratus ſucceſſu temporis in priſtinum ſtatum reductus hodiè adhuc vitam agit.

Obſervatio III.

VUlneratur miles pollice ſiniſtro transverſim per articulum ſecundum, ita, ut non ſolum oſſiculum totaliter ſit diſciſſum, verum etiam omnes partes tendinoſæ, ſolo ſuperſtite tendine muſculi pollicem ad indicem attrahentis cum ſuperpoſitis partibus cutaneis. Hinc pollex totus totus, quantus quantus pependit introrſum verſus volam, adeo ut mulier adſtans eum totaliter præcidiſſet, ſi modo ipſi forfex adfuiſſet, hac autem deſtituta amputationem intermittit, donec poſt integram horam Medicus & Chirurgus deligationem ſuſcipiunt. Signa anamniſtica hic ponderanda primario ſunt petenda ex præterlapſo tempore, nempe integra hora, per cujus lapſum pollex magna ex parte ſentiebatur refrigeratus. Diagnoſticis non eſt opus. Saltim ad diagnoſtica ſigna referatur exploratio partium

um adhuc ſalvarum. Inibi vero, ubi tendo, & ſuperimpoſita cutis erat adhuc integra, aſcendit ramus ſatis ſenſibilis arterioſus, qui ſpem etiam quamvis dubiam ingenerabat, fore ut reliqua etiam vicina caro reviviſceret. Medicus nitebatur experientia: quippe quæ eum docuerat, quondam fuiſſe quoque metacarpium ab oſſe digiti annularis usque ad os digiti indicis transverſim totaliter inciſum cum omnibus arteriis, venis, nervis, atque tendinibus externis, nihilominus debita curâ inſtitutâ, digitos reſervatos atque metacarpium conſolidatum. Igitur formabatur ſignum prognoſticum, novum pollicis coalitum valde eſſe ambiguum, interim tamen partem inciſam ſanæ poſſe per tempus admoveri ſine hujus noxa. Indicationes curatoriæ ſunt 1) hæmorrhagia contumax ſiſtatur 2) pars pendula in ſitum naturalem redigatur, 3) redacta firmetur, caloreque debito foveatur. Prima indicatio obtinetur, quoniam multum ſangvinis jamjam effluxit, poſt admotionem partis pendulæ ſolis filamentis carptis. Secunda indicatio perficitur miniſterio manuum chirurgi. Tertia indicatio impetratur primo poſt filamenta carpta vulneri admota emplaſtro ſtictico in modum faſciæ formato. Hoc facto ſuperius & inferius applicabantur ferulæ, prout in caſu inopinato haberi poterant, quæ ſecunda deligatione immutabantur ferulis ſemi rotundis ex cortice tiliaceo formatis. Ferulis hiſce formatis tandem nova

fa-

faſcia imbuta, decocto vulnerario applicabatur, cui ſuperponebatur, ſacculus decocto vulnerario cum vino & herbis convenientibus madefactus atq; leviter expreſſus. Nunc cum pars præciſa videatur reviviſcere, quod innoteſcit ex totius pollicis calore, pruritu, & motu vagabundo quos ægrotans perſentiſcit, & cum parte ſalva rurſus in tantum coaleſcat, loco filorum carptorum ſiccorum adhibentur hæc ungvento digeſtivo inuncta. Si prius vulnus leviter fuerit elutum Tra. Myrrhæ ut putredo arceatur, rationi quidem videtur omnino difficile conceptu, quomodo pars talis amputata rurſus cum integra poſſit coaleſcere: Quia in coalitu tali prærequiritur, ut vaſcula vaſculis, & fibrillæ fibrillis reſpondeant. Siquidem alias nulla eſt ſperanda Masſæ Sangvineæ circulatio, quæ tamen eſt autor omnis nutritionis & partium vulneratarum coalitus. Aſt experientiæ potius locus eſt concedendus: Utpote quâ condocefimus, quod & in regno vegetabili & animali longe difficilior coalitus partium ſeparatarum multoties contingat. Regnum vegetabile nobis ſiſtit conſiderandos oculos arborum, qui ſoli cortici alius arboris commiſſi â trunco cooptantur in conſortium partium genuinarum, ut æque feliciter ac eæ nutriantur, coaleſcant, atque adaugeantur. Idem ſtatuatur de germinibus trunco arboris fiſſo inſitis. Ex regno animali vero depromimus caponum ſic dicta calcaria præciſa, & reliquiis criſtarum amputatarum

fir-

firmius adaptata. Nam hæc ita feliciter poſtmodum ſuccreſcunt, ut mentiantur penitus novum cornutum animal. Itaque ſi hæc negotia expediuntur, ubi partes integræ totaliter ſunt amputatæ, quid ni coalitus ſperetur inibi, ubi aliqualis adhuc ſupereſt nexus.

Obſervatio IV.

VIr juvenis 27. annos natus, hora antemeridiana nona ſubito vehementer ad iram commovetur, circa meridiem parum vel omnino nihil prandet, circa veſperam vero corripitur ab horrore vehementiſſimo cum in ſequente incaleſcentia totius corporis, & penetrantiſſimo dolore punctorio lateris ſiniſtri, cui poſt paucas interjectas horas ſupervenit tusſis continua, ſitis urgentiſſima & totius corporis inquietudo. Triduo præterlapſo, hisque ſymptomatibus omnibus perſeverantibus, ſequitur rejectio materiæ flaveſcentis & hinc inde ſtriatim cruore tinctæ per expectorationem illico imminet ſuffocatio. Signa anamniſtica ſunt petenda ex ætate & præcedanea animi commotione. Signa diagnoſtica deſummuntur partim ex anamniſticis, & conſequenter ex relatione adſtantium, quippe qui animi perturbationem referunt, partim ex ipſius ægrotantis miſera confeſſione, imo ex ipſo quoque contactu, qui nos calorem præſentem, pulſum durum atque vehementem frequentemque docent. Itaque præcedaneus horror, & ſubſequens

quens incaleſcentia ſatis teſtantur de febri præſente. Tuſſis vero atque dolor lateris punctorius teſtatum faciunt, muſculos iutercoſtales cum pleura atque pulmonibus affectos, quod teſtimonium multo magis ſuperveniens expectoratio roborat. Hinc tuto conficimus ſignum aliquod pathognomonicum collectivum Pleuritid. Signa prognoſtica ſunt. Pleuritis hæc ob animi perturbationem enata omnino aliquid monſtri alit. Aſt quoniam tertio & quarto mox die apparet materiæ flaveſcentis & cruore tinctæ expectoratio, hæc omnino bonum eventum promittit, imprimis vero ideo, quod durante expectoratione ægrotans levamen ſentiat, & ætas juvenilis excretioni huic, quanquam moleſtæ atque difficili, faveat. Pars affecta ſine dubio componitur ex pleura atque muſculis intercoſtalibus. Siquidem id approbat dolor lateris punctorius, & intimus illius cum his nexus. Non tamen hinc ſunt excludendi ipſi pulmones, utpote per quos, & quidem eorum bronchia facta eſt expectoratio. Cauſa proxima accepta eſt ferenda animi perturbationi vehementiori: quanquam intus M.S. deliteſcere etiam potuerint cauſæ quædam aliæ antecedentes. Formalitas ipſius pleuritidis videtur mihi conſiſtere in partium affectarum antea determinatarum eryſipelate. Qua de re nemini etiam mirum videbitur quomodo tam ſubito materia poſſit elaborari in pulmonibus, ut, tertio die elapſo, per tuſſim ejiciatur.

ır. Etenim quia in eryſipelate primario ſolæ
artes membranoſæ ac tendinoſæ inflammantur,
usque tenue progignitur, igitur pulmones ſunt
ptisſima pars affecta huic phænomeno. In
ɔecie vero, quia præter ſubſtantiam membrana-
eam habent ſuas cavitates tam intra veſiculas,
uam bronchia, quæ per naturam ſemper lym-
ha quadam ſunt irrigatæ. Quo præſuppoſitô,
ɔonte eluceſcit, quod per præcedaneam inflam-
nationem lymphæque ſtagnationem pus progi-
ınatur. Indicationes præſervatoriæ locum qui-
lem directum non habent, interim tamen ratio-
ıe doloris ingraveſcentis & catarrhi ſuffocati-
ri ſuperventuri tales poſſint dici. Obtinentur ve-
o per indicationes curatorias, quæ ſunt, & in-
er eas urgentiſſima 1) dolor mitigetur: hoc enim
eſſante, ceſſat in tantum tuſſis, ſedatur æſtus
ebrilis ac totius corporis inquietudo: 2) ebulli-
io febrilis infringatur, 3) expectoratio promo-
veatur. Prima indicatio obtineatur primario
ɔer anodyna, quibus tamen ſemper admiſcentur
liaphoretica dicta bezoardica v. gr. jungatur Eſ-
ſent. anodyn. theriacal. laudano cydon. liq. c. c.
uccin. & ſingulis 4. horis doſis reiteretur. Quia
nimirum pleuritis interdum aliquid monſtri ma-
ligni alit. Inter illa diaphoretica dicta bezoar-
dica vero hodie ſunt præſtantiſſima Liquor c. c.
ſuccin. Spiritus bezoardicus Busſii vel ſaltim et-
iam ſolus ſpiritus c. c. benè depuratus vel ſpiri-
tus viper. Spiritus Cran. human. Eſſent. theria-
cal.

cal. quoque combinetur cum Spiritu tali volatili: Siquidem theriacæ ineſt jamjam aliquid anodyni. Et utut excipiatur contra hanc methodum, impediri per anodyna expectorationem; Attamen hæc exceptio Medici exercitati inſtitutum non morabitur: quia hunc experientia jam jam docuit, anodyna potius promovere excretiones naturæ, dum nimirum irritatur â re intus p. n. aut genita aut illapſa. Sic non datur in calculo educendo præſentius remedium opio. Secunda indicatio impetratur primo per V. S. Et utut rurſus videatur hanc diſsvadere communis regula curandi eryſipelas, quippe in quo venam ſecare prohibemur. Attamen hic bene notetur, quod V. S. uti in eryſipelate externo eſt nociva, ita in interno maxime conducat. In promptu enim eſt ratio; nimirum in externo, ubi natura moleſtiam internam verſus externa expellit, nocet, quatenus motu hoc impedito, de novo interna moleſtia propullulat. In interno autem V. S. inſtituta, inflammatio rurſus reſolvitur absque metu novæ alicujus incommoditatis intrinſecæ. Deinde conducit indicationi huic obtinendæ omne genus medicamentorum antifebrilium. Communiter quidem huic laudantur partes animalium duræ atque acutæ. v. gr. Dentes apri, hippopotami. mandibul. lucii piſc. &c. ob ſignaturam nempe. Sicut vero ſignaturæ tali plane nihil tribuimus tamdiu, donec ruſtici divinare occipiant ob quotidie aſſum-

ptum

um braſſicum capitatum. Ita tamen ultro li-
nter permittimus partium harum uſum, non
ſignaturam, ſed quia idem proſunt, quam
iod reliquæ diſpoſitores animalium efficiunt.
axime hic laudamus dentem hippopotami.
einde huc quoque trahendum eſt antimonium
aphoreticum, quippe quod tutisſime in quali-
t ebullitione febrili adhibetur. Tandem ad-
tur nitroſum aliquod. Sed ſemel pro ſemper
nitroſis commendamus nitrum antimonia-
m, rite tamen præparatum, id eſt bis poſt pri-
am evaporationem ſolutum atq; evaporatum.
uæſtio eſt, quid ſit cenſendum in Pleuritide de
mitu? Nam teſtantur Rulandi centuriæ, quod
binde vomitoria, & quidem aquam ſuam be-
dictam laudaverit Practicus hic eximius.
anodynum fuerit exhibitum, facile largimur,
ſſe quoque deinceps uſurpari vomitorium, hoc
nen non eſto nimium. Breviter, quoniam
ntur vomitoria (Aqua Rulandi) mitiora, &
ultimam indicationem maxime conducentia,
tiora emetico Rulandino anteponamus. In-
mitiora vero iſta laudamus ex vegetabilibus
ccum ſcyllæ cum aqua quadam appropriata v.
Card. Mariæ, Fl. Acac. recens expreſſum.
am hic ipſe expectorationem promovet &
andum vomitum ciet. Deinde Aurum fulmi-
ns datum ad grana VI vel VIII, & quidem
nè præparatum elicit vomitus blandos, impri-
s ſi juvatur ſtimulo mitiori v. gr. ipſo ſquillæ

 ſym-

ſyrupo. Ultima indicatio obtinetur præter jam jam recitata decoctis pectoralibus v.gr. Glycyrrhiz. Sem. papav. alb. Rad. Cichor. eryſimi marubii. Apprime convenit huic decocto Raſur. C. C. & ungul. Alc. tanquam partium animalium durarum. Et quia ſulphur pulmonum quaſi eſt anima, optimum quoque antifebrile, tam in malignis, quam in benignis febribus, poteſt deinde etiam huc commodiſſime trahi ſive ſub forma florum ſive ſub forma lactis. Formula includens omnes ferme indicationes eſto hæc

℞. Raſ. c. c.
ungul. Alc.
Rad. glycyrrhiz.
Cichor.
Sem. papav. alb. āa Unc. j.
Pasſul. min. Unc. jii.
F. l. a. Decoct. in aqua Fontana.

℞. Decoct. Colat. Libr. jii.
Aquæ aſthmat. Rud. unc. j.
Antim. diaph. drach. j.
Nitri antimoniati drach. ß.
Syrup. ſqvillitic. unc. j.
M. D. S. Bruſt-Tranck / wohl gerüttelt / ſtündl. ein klein Gläßgen zu trincken.

℞. Succ. ſcyll. c. Aqua Card. Mar. recens expreſſi unc. j.
Aquæ Aſthmat. Rudol. unc. ß.
Syrup. glycyrrhiz. drach. vj.

M. D.

M. D. S. Bruſt-Säfftl. Löſſel-weiſe zu geben.

.epetuntur anodyna horis veſpertinis.

Obſervatio V.

FOemina honeſta 38 annorum, enixa eſt puerulum optime formatum & mole corporea raſſum, absque inſignibus partus doloribus, obtetrix vero dubitans de ſecundinis; quippe quas quoad partem orificium uteri jamjam transgresas, non credidit has, ſed excreſcentiam quanam carnoſam vaginæ uterinæ, in cauſa fuit, ut ecundinæ in utero remanerent, quo facto puerera paſſa eſt vehementiſſima animi deliquia, um virium valde ſenſibili amisſione, præprimis um fœtum grandiorem larga etiam ſit concomitata & ſubſecuta hæmorrhagia. Signa anamiſtica ſunt petenda ex conſtitutione puerperæ rægreſſa. Vix enim hæc ipſa tempore geſtaionis optime, ſaltimque propter puerperium nte greſſum ſenſit principium prolapſus uterii. Hoc enim obſtetrici ingeneravit ſuſpicioem excreſcentiæ carnoſæ. Diagnoſtica vero igna hic poſtulant rerum anatomicarum perium Medicum, qui noverit contradiſtingvere xcreſcentiam â ſecundinis ipſis. Dignoſcunur vero 1) quoad circum circa ſeſe Medicus digium ducere valeat, nec ullibi cohæſionem perentiſcat 2) quoad prehenſæ, preſſæ atque attractæ

 puer-

puerperæ plane nullum inferant dolorem, in
ne quidem ſenſum 3) quod partes abruptæ fe
males ſiſterent ſecundinas. Prognoſtica ſun
Quia ex parte ſecundinæ erant abruptæ, ſpes er
excretionis propediem futuræ. Interim tam
quia ſecundinæ retentæ mox putreſcunt, fœt
rem vehementem contrahunt, lochia ſuppr
munt, totumque M. S. putredine inficiunt, nun
quam talis caſus eſt expers periculi. Et utut Ba
thaſar Konſæus in Tr. de primordiis vitæ huma
næ autor ſit puerperis, ut ſecundinas relictas ſo
li committant naturæ, attamen negotium arbi
tramur periculo pleniſſimum. Vix enim de
cima conſervatur puerpera, novem pereuntibus
Pars affecta & uterus, primario tamen orificium
ejus internum, de quo notetur, quod licet par
tem carnoſam ſatis ſenſibilem extra actum puer
perii conſtituat, in hoc ipſo tamen ita exten
datur, ut videatur ferme corpus aliquod cum
fundo uteri continuum inſtar veſicæ urinariæ, ut
proinde errent, qui hoc orificium concipiunt di-
ſtinctum ab ipſo utero. Imo arbitrantur fieri
interdum, ut fœtus capite orificium hoc pene-
tret, eoque poſtmodum concluſo ſtranguletur.
Qui caſus profecto eſt fictus & merè ſpeculati-
vus. Utut vero rem ita experientia nos docue-
rit, attamen non negamus, poſt fœtum excluſum
rurſus ſenſim atque ſenſim conſtringi hoc orifi-
cium, quemadmodum videmus, poſt alvinas fe-
ces depoſitas ſenſim atque ſenſim rurſus conſtrin-

gi

i extremitatem inteſtini recti miniſterio muſcu- ſphincteris. Equidem libenter largimur, for- nalem talem muſculi circa orificium uteri exter- um non exiſtere, attamen αὐτοψία demonſtrat, bras carnoſas & ligamentoſas etiam in confini- antea allegati orificii, quæ nunc laxatæ illud a- eriunt, & contractæ claudunt. Quare etiam oſt aliquot horas â puerperio facto nullatenus el ſolo digito orificium uteri penetrare, uterum- ue intrare conceditur. Hinc quotiescunque etus eſt excluſus, illico licet obſtetrici integra anu uterum ſubire atque ſecundinas apprehen- ere, imo ſecuriſſime totaliter extrahere, id quod odico tempore interjecto impoſſibile eſt. Et ut- communiter obſtetrices artis ſuæ ignaræ accu- nt coalitum ſecundinarum cum ſuperficie ute- : Attamen quotiescunque id ipſum ſunt auſæ, ties poſtmodum eventus exceptionis hujus va- tatem comprobavit. Abſit tamen, ut penitus egemus, quod ſæpe numero ſecundinarum ex- uſio retardetur per complicationem uteri, im- imis vero tunc, quando tempore geſtationis erus nimium fuit humoribus refertus & ab iis ſtentus. Nam eo ipſo momento, quo humo- s promanarunt & fœtus excluditur, totus ute- s, quantus nequit ſeſe coactare in ſtatum nati- m, ſed illabitur in ſe ipſum quaſi in plicas, qui- s factis ſecundinæ poſſunt concludi. Qua re præſtat, illico manum ſecundum funiculi nbilicalis ductum in uterum immittere & ſe-

 cun-

cundinas apprehendere. Maxime tamen ſi
cauta obſtetrix, ne portionem uteri complica
tam prehendat & fortius attrahat, id quod ali
quoties eſſe factum obſervavimus. Præcavea
tur vitioſa hæc apprehenſio, dum inſertionen
funiculi umbilicalis obſtetrix percipit & inſupe
circum circa ſecundinas digitis apprehendit, ne
mater poſt levem tractum de triſti ſenſatione con
queritur. Dubius quis eſſe poſſet, utrum parti affe
ctæ etiam ſint accenſendæ ipſæ ſecundinæ, qui
nimirum ſeparatæ â ſuperficie interna uteri vit
ſua privantur, eaque cum reliquis partibus com
muni non amplius gaudent, ſed ſunt excernenda
ut pereant. Cum alias fœtus & ſecundinæ
quamdiu matri cohærent cenſeantur ejus pars
Hoc ipſum tamen dubium eſt leviſſimi momen
ti; ſive enim ſecundinæ conſiderentur ut par
affecta extirpanda, ſive ut cauſa morbifera elimi
nanda, res eodem recidit. Cauſa proxima eſ
puerperæ debilitas & uteri nimia ampliatio â fœ
tu grandiori, ob hanc ſecundinæ non potuerun
ſufficienter comprehendi atque propelli: ob illam
vero conſtrictio uteri non ſufficienter juvabatu
Nam licet compreſſio atque conſtrictio fibrarun
uterinarum ſeſe habent inſtar hodegetarum, qu
exitum partim promoveant, partim determi
nent, attamen ſpontanea compreſſio matern
muſculorum abdominis quam maxime negoti
um excluſionis adjuvat. Et quia obſtetrix, cu
naturæ ſuppetias ferre competebat, officio ſu

no

ion eſt functa, ſed permiſit, ut per elapſas horas
ėdecim orificium uteri maxima ex parte occlu-
leretur, omnia ſimul confluxerunt tanquam
auſæ in hunc affectum. Sequuntur nunc indi-
ationes, quarum prima in hoc caſu eſt vitalis:
ſiquidem vires quam maxime erant exhauſtæ,
ta, ut puerpera in lectulo quieſcens ſæpe appa-
eret moribunda. Hinc ante omnia vires erant
eſtituendæ. Indicatio curatoria ſecundinæ
uantocyus expellantur, certo reſpectu poteſt
tiam dici præſervatoria nimirum ratione immi-
ientium atrociſſimorum ſymptomatum. In-
icatio vitalis primario obtinebatur per diætam.
Quare puerpera abſtinebat ab ulteriori conatu,
ieque orificium uteri valde erat ſollicitandum,
ie major, & nova quidem hæmorrhagia excita-
etur, inſuper potiuncula cordialis interdum ex-
ibebatur, ab extra vero aqua ſpirituoſa odori-
era alternatim cum aceto odorifero naribus ad-
novebatur. Loco alimenti vero ægrotans aſ-
umſit brodia gallinæ adultæ & pingvioris. Lo-
o potus vero cereviſiam optimam ordinariam
ed modicam & pauxillum vini Rhenani. Se-
unda indicatio erat altioris indaginis. Nam
uia manualis operatio totum negotium expedi-
e nequibat. Siquidem tertiam ſaltim præter
ropter portionem ſecundinarum prehendere &
xtrahere licebat, medicamentis res erat abſol-
enda. Hinc ante omnia orificii adſtrictio in
intum emolliebatur. Quod fiebat cataplaſ-

 ma-

mate emolliente atque anodyno ex fl. Chamomill. ſambuci, herb. agrimoæ. Semine lini atque cremore avenæ, Hoc ipſum cataplasma excipiebatur ſtrophiolo tenui & osſibus pubis atque vicinæ regioni applicabatur, tam calidè, quã calide puerpera perferre poterat. Si quis quæſtionem nobis moveret, quomodo cataplasma hoc in orificium uteri operetur, cum ſubjacentes muſculi abdominis non cohæreant cum utero, reſponderemus, totum negotium peragi miniſterio nervorum. Etenim nervi oriundi ex ſpinali medulla & tranſeuntes per interſtitia vertebrarum lumbarium, nec non ipſius oſſis ſacri diſtribuuntur tam ad uterum & veſicam urinariam, quam muſculos etiam abdominis. Qua de re inter has partes revera exiſtit ſympathia, quæ alias ocula-riter liquet per alia phænomena tam phyſiologica quam pathologica. Intus vero exhibebantur aliquoties Eſſent. meliſſ. gt. LX. & Tinctur. tartari acris XV. Ineſt enim meliſſæ virtus quædam ſpecifica purgandi uterum. Quo facto ſubſequa nocte citra ſingularem conatum ſecundinæ ſunt excretæ. De cætero ratio quoque erat habenda indicationis præſervatoriæ ratione morborum & ſymptomatum imminentium nempe febris putridæ, agrypniæ &c. quæ ipſa indicatio explebatur, per pulverem compoſitum ex pulv. March. antepilept. antimonio diaphoretico & nitro antimoniato Tinctur. corall. c. ſpiritu cordis cervi, quæ diſponit ad continuum blandum ſudo-

rem, quo ipſo putredo in M. S. ſingulariter præcavetur, blandusque ſudor conciliatur. Noluimus etiam coronidis loco ad hunc caſum reticere, quod mater hæc flagraverit ex peculiari amore erga ſuum puſionem cupiditate lactandi, quod opus quidem ei diſvadebamus, verum fruſtra, utut primis diebus alia pia mater lactans mammas ſimul præberet puerulo. Itaque opus erat etiam præter medicamenta confortantia lac promoventibus: præſcripſimus autem confectionem recentem. Sem. nigell. cum Lunæ præparato, ita ut quotidiè ter aſſumeretur, quantum cultri majoris cuſpide poſſet teneri. Quibus rebus omnibus nunc factum eſt, ut vegeta mater puſionem amabilem ſufficienter alat. Super eſt adhuc monendum, quid ſit cenſendum de obſtetricum & mulierum adſtantium formula loquendi, die Affter-Bürde ſchöpfft ſich voll Blut / und kan darnach nicht folgen / derohalben ſoll ſie die Kinder-Mutter zerreiſſen. Quæ locutio in ſenſu proprio eſt valde ſtolida. Præſupponunt enim mulieres, ſecundinas eſſe ſpongioſas & conſequenter intra poros patulos admittere lochia ſtagnantia. Quod vero hæc ipſa ſententia ſit nulla, apparet ex αὐτοψία. Verum quidem eſt, dari intra placentam uteri multas cavernulas, quæ tamen non ſint, niſi certi ſinus vaſorum ſangviferorum, qui proinde nullatenus ſangvinem poſſunt admittere, niſi per principia ſuorum vaſorum. Interim tamen libenter largimur, quod

 ſan-

ſangvis ſtagnans intra plaeentam uteri contrahat fermentationem præternaturalem & valde flatulentam, ob quam poſtmodum placenta hæc intumeſcit & exitui ob grandiorem molem inepti or evadit, Imo orificium uteri etiam obſtruat, ne lochia promanare valeant. Hinc ex re puerperæ eſt, ſi ſecundinæ non totæ poſſint prebendi, ad minimum eas quantum fieri poteſt, diſcerpi atque divelli. Siquidem hoc modo nequeunt adeo in tumorem attolli, fortiusque poſſint fruſtulatim propelli, ut proinde in ſenſu ſano, quem ſuggesſimus, locutio antea allegata plebej a admitti posſit.

Obſervatio VI.

FOemina 44 annorum veſcitur tempore cœnæ orbiculis cucumerum recentium ſale, oleo & aceto conditis, & quidem valde largiter. Mediâ nocte præterlapſâ invaditur â torminibus ventris acerbisſimis cum ſubſequa diarrhœa valde vehemente, quæ circa auroram fuit cruenta. Circa veſperam accidit ſitis intenſa cephalalgia, atque interdum etiam lipothymiæ. Accerſitus Medicus morbum agnoſcit dyſenteriam. Hinc exhibet anodyna & præcipitantia nitroſis permixta. Nunc reconvaleſcit. Signa anamniſtica exhibet relatio ægrotantis, quod nimirum comederit tempore cœnæ recentes cucumeres, qui quidem ferculum exhibent digeſtu difficillimum

mum, imprimis vero hominibus delicatulis, qualis ægrotans eſt, quanquam cum omni ἐυφορία alias aſſumantur & digerantur â robuſtioribus v. gr. meſſoribus, fabris ferrariis ſimilibusque plebejis. Itaque quam maxime in tali ſigno dijudicando ratio eſt habenda conſtitutionis & vitæ generis, quo ægrotans utitur. Nam & hic valet dicterium vulgatiſſimum: Duo cum faciunt idem, non eſt idem. Hinc quia hoc ferculum digeſtu erat difficile torminaque & dejectiones mox ſunt inſecutæ, omnino agnoſcimus illud cauſam. Signa diagnoſtica deſumuntur partim ex anamniſticis, partim ex præſentibus ſymptomatibus nempe torminibus & dejectionibus cito cruentis, atque dijudicamus adeſſe dyſenteriam, præprimis cum mox quoque acciderit ſitis intenſiſſima. Nec obſtat, quod in fluxu dicto hepatico adſit cruenta dejectio. Siquidem hic lento gradu invadit, nec primitus eſt doloroſus, imo nec comitem habet ſitim, niſi poſtquam aliquandiu jam duraverit. Nec præſumi hic poſſunt hæmorrhoides; quippe quæ naturaliter accidunt ſine dolore, neque ſunt adeo copioſæ. Et utut interdum dolor gravativus circa exordium harum obſervetur in lumbis vel lancinans quoque ſub umbilico; attamen uti monitum, dejectiones non ſunt adeo frequentes, nec tam ſubito accedit ſitis. Tacemus ferculum ſuſpectum, quod dyſenteriam quidem, ſed non hæmorrhoides concitare valet, Signa prognoſtica erant:

quia

quia ægrotans vitæ amantiſſima, libenter medicamenta aſſumebat, corpusque ſecundum Medici juſſa diſponebat, præterea medicus recens erat vocatus, promittebat futuram reconvaleſcentiam. Pars affecta in dyſenteria ſunt inteſtina primario ratione nervorum ſuorum, & quidem ſecundum omnes ferme partes, ut nos docuit αὐτοψία in cadaveribus hoc morbo denatorum, Conſiſtit vero hic primo in inflammatione cum vehementiſſimis convulſionibus, quæ tandem deſinit in veram gangrænam cum ſubſequo ſphacelo, unde ſequuntur tandem dejectiones & vomitiones nigricantes; quales enim partes nigras videmus excretas, tales deprehendimus copioſisſimas per totum inteſtinum rectum & colon in cadavere, quoad tunicam nempe interiorem. Diximus ſuperius, inteſtina eſſe dyſenteriæ partem affectam primariam. Interim non negamus tractu temporis poſtmodum derivari per vaſa lactea in M.S. ſaburram humorum corruptorum partim ex crudo asſumpto potu, partim ex partibus inteſtinorum corruptis, purulentis, quæ poſtmodum dilata ad fauces, palatum, oculos & articulos novos progignunt morbos. Siquidem aliquoties poſt dyſenteriam aut etiam ſub ejus finem experti ſumus ophthalmias valde pertinaces, & dolores quoque artuum vagos. Nec mirum habere poteſt quempiam, quod in M. S. tandem exſurgat præternaturalis ebullitio, ſangvinisque corruptio febri mali-

lignæ valde ſimilis, aut ſi mavis febri travmaticæ gemella. Quo pacto tandem in moribundis effloreſcit purpura quoque tam rubra, quam albicans, quæ ut plurimum in ſphacelo interno mortem imminentem denunciat. Sententiam hanc noſtram roborat partim ſana ratio, partim αὐτοψία. Ex illa conſtat, quod optime valentes interdum invadantur â dyſenteria mox poſt nocivum ferculum, aut moleſtum motum, quorum neutrum tam ſubito acrimoniam ſepticam intus progignere poteſt. Hæc vero nobis exhibet communes anatomicorum martyres vivos diſſectos. Hic profecto abdomine aperto, illico cum ſummo cruciatu expellunt totam inteſtinorum arundinem, quæ ſubito tota tota, quanta quanta, inflammatur, ut color ſuperveniat brunneus. Intus vero levisſime tacta illico plorat cruorem copioſisſimum. In quo caſu nemo facile accuſaverit humorem aut in ſangvine aut in bile aut in inteſtinis corroſivum longe potius ſolum anatomici cultellum acutum atque ſcindentem. Cauſa proxima, uti monitum ineſt ei, quod quocunque modo tam ſubito in inteſtinis inflammationem & motus convulſivos excitare valet, uti id ipſum hoc in caſu excitaſſe præſumitur ferculum cucumerum. Probe enim notetur, quod licet in paragrapho præcedente negaverimus acrimoniam ſepticam, non tamen improbaverimus acrimoniam quandam, quæ inflammationem & convulſiones excitare poſſit.

risſi-

Sic v. gr. flatus quia tales aut nunquam, aut rariſſime inferunt paſſionem colicam, quemadmodum hoc liquet ex tympanitide. Si vero conjunguntur cum effluviis acribus, progignunt dolores colicos eosque acerbiſſimos, quanquam nullum relinquunt veſtigium eroſionis. Hinc quoque nemini poteſt videri mirum, quomodo interdum in caſtris vel aliis quoque locis excitetur tam frequens dyſenteria, ſi nimirum vitium aliquod rei cuidam non naturali, aëri, cibo & potui inſit. Imo ideo quoque poſt errorem communem diæteticum v. gr. in caſtris ſimile aliquid contingit. An vero dyſenteriæ inſit etiam vis contagioſa, nolumus penitus ire inficias, interim ſimus certi, hanc ſæpe numero potius â cauſa communi quam â contagio originem ſuam trahere. Hinc etiam annales teſtantur, quod quandocunque æſtatis atque autumni temperies aërea eſt temperatior, tunc quoque dyſenteria fuerit moderatior. Curatio inſtituatur ſecundum has indicationes. Indicatio curatoria conſtit in hoc, quod inflammatio & convulſiones quantocyus ſint ſedandæ, cui indicationi obtinendæ inſerviunt primario anodyna, diaphoreticis permixta. Neque hæc cura eſt nova, ſiquidem jam olim Hieronymus FracaſtoriusDiaſcordium ſuum & Joh. Qvercetanus aquam antidyſentericam quoad primarium fundamentum ex opio compoſuerunt. Saltim notetur, quod opiata aliquanto largius in hoc affectu ſint exhi-

ben-

benda quam communiter fieri conſvevit. Eſto tamen etiam modus in hoc negotio. Itaque exhibuimus noſtræ ægrotanti ʒj laudani noſtri opiati cum ʒjß tincturæ Coralliorum, quibus omni triho rio ad LX vel LXXX gt. asſumtis primo ſenſit levamen & tandem moleſtiſſimæ dyſenteriæ finem. Quia quoque calor & ſitis aderant intenſisſime cum inſigni virium proſtratione, præſcripſimus pulveres præcipitantes cordiales & refrigerantes ex terra ſigillata, Antimonio diaphoretico perlis & Nitro antimoniato, quibus partim etiam potu ordinario eſt uſa. Hic vero erat cereviſia ſecundaria & aqua fontana quoque cum modico vini Rhenani permiſta. Rariſſime taliter ægrotantes cereviſiam integram præprimis vero lupulatam facile ferunt. Apparente reconvaleſcentia permiſimus aliquanto largiorem potum vini Rhenani.

Obſervatio VII.

VIr 30 & aliquot annorum per ætatem ſuam juvenilem frequens conflictatus eſt cum ſcortis, poſtmodum vero in militiam profectus demum patitur perpetuam totius corporis lasſitudinem, oſtocopum, præprimis nocturnum cum agrypnia, verrucas in tantum exulceratas in ſcroto, fœdam gonorrhæam cumm ſummo dolore mox poſt ⊡am excretam. Inſuper ſæpe numero faucibus quoque laborat, partim iutumeſcentibus, partim excoriatis. Nares etiam ſæpe in tan-

tantum ohſtruuntur adeo, ut inde vox evadat vitioſa (nuſchelt durch die Naſe) nonnumquam etiam fœtor è naribus oriens ab adſtantibus perſentiſcitur. Signa anamniſtica petantur ex præcedanea converſatione juvenili cum ſcortis, quæ omnino ingenerat Med. ſuſpicionem luis Venereæ Signa diagnoſtica, uti monitum jam jam, partim deſumuntur ex anamniſticis, partim vero ex Syndrome ſymptomatum, quæ ſi omnia copulantur, & una concipiuntur, non poſſunt non ſuſtinere vices pathognomonici luis venereæ. Maxime cautos nos decet eſſe in determinanda hac lue, quia nimirum noſtra memoria vix cenſentur digni conſortio humano ii, qui hac lue laborant. Olim quidem hæc lues habita eſt aliquanto mitior, cum adhuc lepra in noſtris provinciis obſervaretur, unde & Facultas Medic. Lipſienſ. olim reſpondit; daß der Hr. Graf nicht den Ausſatz/ſondern die Frantzoſen habe. vid. Ammanni Medicin. Critica. Noſtra vero memoria lepra ferme vanuit adeo ut eam vix bis obſervaverimus. Apprime vero hac cautione opus eſt, dum ſuſtinemus curationem honoratiorum. Siquidem ut plurimum morbum ſuum palliant deſtillationibus ſcorbuticis. Ne vero malum ulterius diſſeminetur noxaque inſontibus, affricetur omnino Medico ordinario, imprimis vero perſonali Magnatum Clam, quantum fieri poteſt, ne ægroti ludibrio omnium exponantur. Prognoſtica ſigna ſunt. Quia malum hoc eſt inveteratum, ejus radicalis

ex-

extirpatio eſt deſperanda. Imprimis vero ægrotanti prænuntiandum eſt, oſſa narium periclitari quam maxime, ne forſitan oſſibus turbinatis aut ſepto narium pereuntibus tandem aliquid Medico imputetur. Etenim adhibita ſalivatio non ſemper ad menſuram *lympham* vitioſam ſubducit. Hinc in facili eſt, præter *intentionem* ſeparari quasdam partes, quas antea adhuc integras & conſervandas ſumus rati. Pars potior affecta & quidem ratione originis eſt lympha totius corporis; quippe quæ ſuſcipit ex variegato congreſſu fermentum aliquod malignum, quod poſtmodum totam lympham inficit & conſequenter qualitatem ſui & ſibi ſimilem transmutat, ſicuti hoc ipſum ſolenne & proprium eſt omnibus fermentis. Poſtmodum vero hoc ipſum vitium lymphaticum ſeſe exerit inibi, ubi portio lymphæ in certis cavitatibus excernitur, atque ſtagnat v. gr. in naribus, faucibus & principio urethræ &c. Imprimis vero hæc loca multa patiuntur propter copiam glandularum. Hinc v. gr. proſtatæ ſæpenumero exulcerantur ipſæ, inſuperque lympham quandam corroſivam emittunt, quæ poſtmodum urethram, quæ ſemper in tantum debet eſſe madida, excoriat. Imo ab extra glandem intra radices præputii hærens poſtmodum & circa glaudem & præputium erodit. Quo facto non poteſt non mictio maximè doloroſa ſubſequi. In naribus vero adſunt itidem glandulæ, quanquam in ſtatu naturali non adeo ſenſibiles, quæ membranæ oſſa turbinata cingenti adhærent, eique continuo aliquantillum lymphæ affundunt, quo partes ejus nervoſæ madefactæ evadant proportionatum olfactus organon. Hæc lympha

cuti naturaliter ab aere externo per nares conti-
nuo reciprocando in partibus anterioribus coagu-
latur, ut conſtituat mucum ita, in ſtatu hoc præ-
ternaturali valde alteratur ejusque acrimonia in-
tenditur, ut poſtmodum corroſiva aggrediatur
oſſa tenuia eaque abſumat. Tandem quia hæc
lympha irrigare debet omnes juncturas atque pe-
rioſtia, facile quoque poſſumus nobis imaginari
qui fiat, ut poſtmodum oſtocopus accedat. Imo
quia diurno tempore incedentes corpusque mo-
ventes vix omnes dolores attendimus, evenit et-
iam, ut nocturno tempore quieſcentes eos peni-
tus percipiamus. Cauſa proxima latitat in acri-
monia quadam cauſtica, quam quoque jam olim
agnoverunt Paracelſiſtæ comparantes venenum
hoc cum arſenicali quodam vel magis Mercuriali
ſublimato. Ex recentioribus nonnulli provocare
ſolent ad ſal quoddam Armoniacale. Et ſi recte
ponimꝰ calculum omnes inveniunt comparatio-
nis ſuæ commodam occaſionem in lue venerea.
Siquidem multoties in taliter ægrotantium urina
ſuperficietenus reperitur cruſta quædam tenuis
quæ ſplendore ſuo quam maxime accedit ad eum,
quem nobis ſiſtit in aquâ ſolutus mercurius ſubli-
matus. De hoc autem conſtat inter omnes, quod a-
crimonia ſua & partes carnoſas & oſſeas quoque
abſumat. Unde etiam efficacia ejus eſt maxima
in excreſcentiis carnoſis ulcerum phagedænicorum
extirpandis, præprimis ſi excreſcentiæ illæ luxurian-
tur ſuper oſſibus carioſis. Quicquid vero eſt aſ-
ſertum de mercurio ſublimato, illud etiam accom-
modetur ipſo arſenico, quippe quod mihi mercu-
riu-

ſublimatus cum copioſis partibus ſaturninis. Sal armoniacale quod reſpicit, hoc omnino quoque eſt exploratum in abſumendis partibus carnoſis modo fuerint excoriatæ. Alias namque non niſi cutem tenuiorem aggreditur, uti hoc liquet ex puſionum ſeminibus, quæ facile contrahunt intertriginem, ſi linteolis urina imbutis juſtò diutius involvuntur, nec implicaturis ſuis per pulveres exſiccantes præmuniuntur. Malumus tamen veſtigia legere poſteriorum quam priorum. Quia nimirum ſalia volatilia urinoſa ſatis ſenſibiliter in lympha corporis humani continentur, quibus quoque vera ſalia acida combinantur, uti hoc in ſingulari epiſtola ad oculum demonſtrare conatur Vieuſſens. In ſtatu præternaturali vero multis modis innoteſcit e. gr. in ſolutione Saturni, utpote quæ ſine acido incurrente non facile habebitur. Interim uniuscujuslibet ſenſui atque arbitrio eſto, concipere modum quendam pro lubitu, modo in ſale quodam tali compoſito conveniamus. Optime tamen notetur, quod ſalia talia cauſtica non reperiantur in univerſis atque ſingulis moleculis lymphæ noſtræ. Hoc enim ſi eſſet, quomodo quæſo lues venerea poſſet eſſe morbus adeo chronicus, ut nonnullos mox â prima formatione usque ad ultimum vitæ halitum interdum poſt ſeptuageſimum annum concomitetur. Ex quo ipſo phænomeno addiſcere licet, quomodo paucæ etiam tales moleculæ luem hanc cauſari valeant. Dum nempe aculeis ſuis imprimuntur partibus nervoſis, ut inde dolores, convulſiones, inflammationes, gangræna, ſphacelus, tandemque malum mortuum enaſcantur.

In ſacro quidem codice relatum legimus de lepra, quod non ſola corpora humana depaverit, verum etiam ipſas ædes conſumſerit; quod tamen de lue noſtra affirmare experientia prohibemur. Qua de re cernere licet illius venenum adhuc extitiſſe vehementius hujus. Indicatio præſervatoria conſiſtit in abſtinentia ulterioris conſortii cum ſcortis: Siquidem magis atque magis corpus enervatur, inflammatioque vehementior in genitalibus excitari poteſt. Curatoria conſiſtit in temperatura acrimoniæ lymphaticæ. Etenim vix ac ne vix quidem in hac lue venerea remederi licet nulli ſymptomati, niſi prius morbida radix fuerit in tantum fracta. Saltem ratione virium proſtratarum interdum quædam analeptica ſunt propinanda. Valde quidem anxii fuere hactenus Medici in remediis excogitandis præter ſalivationem moleſtisſimam, videri poterit hac de re Abercrombius in Tr. de cur. luis venereæ, qui eo inclinat, ut ſolis decoctis lignorum malum extirpet. Verum enim vero experientia edoctus ſum, omnino in caſu tali inveterato ea ipſa nimis eſſe inbecillia. Refert Tr. Hernandez Medicus in Indiis præſtantiſſimus in Hiſtor. nov. plant. Animal. & miner. Mexiocanorum arcanum venerei morbi chrepiri ſeu charapeti aquam rubeo colore tingentis. p. 120. Enim vero pluries quam ſimplici vice inquiſivimus in fruticem; verum fruſtra. Nam verſatiſſimi etiam Medici in Batavia atque Anglia plane nihil percipere potuernnt de eo. Itaq; omnino huc usque cogimur uti contra hanc luem ſalivat. Hæc vero ut legitime inſtituatur, opera eſt danda; ſiquidem teſtatur experi-

perientia, ab imperitis multoties ægrotantes in longe pejora præcipitari ſymptomata, quam quæ antea ſunt perpeſſi, dum mercurius nimium copioſus corpori immittitur, nec ſufficienter poſtmodum rurſus evacuatur. Facillima methodus eſt, recipere Mercurium crudum pro diverſitate ſubjectorum ℥ij ad ℥iij redigere in pilulas, quæ poſtmodum ſenſim atque ſenſim horis matunis ſunt aſſumendæ, donec ſufficiens ſequatur ſalivatio. Nam ut ut libenter concedam, quod Mercurius ab extra illitus æquepenetret in corpus, attamen, quia â pingvedine retardatur, poſtmodũ ſumus dubii atque incerti efficaciæ. Nunquã vero exhibeatur mercurius absque præmiſſo purgante, eoque aliquanto fortiori, ut humores acres in primis viis hærentes eo melius evacuentur. Interdum utimur ipſo medicamento mercuriali v. gr. Turpetho minerali, cui tamen erit addendus ſtimulus ex reſina Gialappæ. Scammon. vel ſimili purgante fortiori. Ipſum Turpethum etiam eſt involvendum materia viſcida v. gr. roob. prunorum etc. ne ejus reliquiæ aut fauces, aut ipſum ventriculum erodant. Id quod facile contingit â medicamento tali ſeptico. Imo ideo quoque non ſemper utimur Arcano corallino, quod præter virtutem purgatricem utplurimum ſalivationem ipſam inchoat: Siquidem experti ſumus, hoc arcanum ſæpenumero ipſa eroſiſſe inteſtina, ut ſequentibus diebus tribus aut quatuor â die purgationis dejectiones alvinæ ſint viſæ cruentæ. Quo ipſo ſalivationis tempore, quod continuetur, donec ſponte ſua ceſſet, ægrotans uſurpet loco potus ordinarii decoctum notisſimum ligno-

rum,

rum, quod interdum accedente calore febrili temperetur pasſulis minoribus; ſiquidem & ſitis reſtingvitur & fauces hoc pacto demulcentur. Durante ſalivatione diverſa accidunt in tantum ſymptomata valde gravia, peculiares etiam interdum morbi enaſcuntur, è quorum cenſu ſunt alvi contumax obſtructio, larga oris hæmorrhagia, maſticatio impedita, coalitus labiorum, cum gingivis, ipſarum faucium & gingivarum hyperſarcoſis, dentium vacillatio, verrucæ earumque eulceratio. Obſtructio alvi equidem ultra opinionem hic poteſt permitti: Siquidem memini perſonæ honoratæ, quæ ultra 16tum diem alvo erat adſtricta absque omni moleſtia. Alvum enim ciere in ſalivatione res eſt periculo pleniſſima: Siquidem totus ſalivationis actus facile hoc modo tollitur, id quod nunquam fit citra ægrotantis noxam. Itaque quandocunque alvus obſtructa ſalivantem non novis exurgentibus ſympt. infeſtat, naturæ negotium committatur ejusque ſpontanea apertio expectetur: Contra quando nova urgentia advertuntur ſymptomata, alvus eſt ſollicitanda, verum ſaltim aut ſuppoſitoriis aut clyſteribus emollientibus. Larga oris hæmorrhagia ſuam originem trahit ex gingivis excoriatis imprimis vero oritur hæc, ſi ægrotans laborat dentibus ex parte abſumptis, ex parte vero relictis. Intra tale præſepiolum maxillæ utplurimum hyperſarcoſis luxuriatur, quæ leviter tacta alias ſangvinem profundit. Hinc tempore ſalivationis talia hyperſarcomata abſumpta ſatis ampla relinquunt orificia vaſorum arterioſorum, ex quibus tam larga ſangvinis copia promanat. Qualis com-

memi-

memini in viro quodam præſtantiori ultra viginti quatuor horarum intercapedinem. Talis hæmorrhagia mox non ſedetur, ne ſimul quoque ſalivatio ſufflaminetur. Apprime vero abſtineamus in tali caſu ab acidis ſtypticis & opiatis. Summa vero urgente neceſſitate fonticulus hæmorrhagiæ ore aperto exploretur. & ſtylo capitato ignito exſiccetur. Quomodo maſticatio impediatur, norunt omnes, qui vel ſemel vel bis ſaltem ſalivantes ſunt intuiti. In cauſa vero eſt duplex morbus, ſcil. dentium vacillatio atque gingivarum excoriatio. Hi morbi quomodo ſint tractandi, mox ſequetur. Maſticationi vero impeditæ remedemur ſolis alimentis mollioribus, qua de re præparentur juſcula, quibus intritus eſt panis copioſus. Juſcula vero poſſunt eſſe ex cereviſia & cereviſia ſecundaria, quæ ſemper optime butyro recenti pingvefiant, & non valde ſaliantur. it. ex brodiis carnis vitulinæ, bubulæ, caponum &c. Interdum, imprimis vero tempore reconvaleſcentiæ ventriculus ægrotantium latrat, alimentaque vehementer exigit, dentes vero miniſterium ſuum adhuc denegant, igitur juſculis adjunguntur quoque pultes triticeæ, è milio, oryza, & ſimilibus. Abſtineat vero ægrotans ab integris granis excoriatis oryzæ & maxime â talibus granis hordei Norici (Nürrenberger Gräuplein / ſiquidem hæc niſi bene maſticantur, integra rurſus evacuantur, multumque negotii ventriculo alias debilitato faceſſunt. Qua fine provida natura labia formaverit ab ipſis gingivis diſtincta conſtat ex anatomia. Unde coalitus harum partium non poteſt non ægrotanti noxam inferre. Oritur autem hic coalitus, quando

& labia & gingivæ excoriatæ ſe invicem contingunt & non interrumpuntur. Unde memini talium miſerarum perſonarum, quibus labia cum gingivis ob negligentiam chirurgorum coaluerunt. Huic vero facile providere licet, ſi ægrotantes quarta quavis hora ſyringe diligenter ablunntur, aut ſi forſitan propter loci diſtantiam id minus commode peragi queat, intra labia & gingivas interponenda ſunt linteamina mollia, aut diviſæ etiam radices exſiccatæ raparum. Si vero ex incuria chirurgi coalitus jamjam eſt factus, isque non continuus, ſed interruptus, tutisſime audebimus ſeparationem mediante cultello falcato, quo facto novum vulnus conſolidetur priori modo interpoſitis linteolis. Faucium coalitus primario impeditur frequentiori gargariſatione. Vacillatio dentium, inſtituta ſalivatione ſecundum noſtram methodum, non facile accidit. Interim tamen ſecundum alios modos multoties contingit. Itaque ſi apparuerit, ſoli naturæ committatur. Et ut ut interdum leviter ſaltim præſepiolis inhærentes ſentiantur, attamen poſtmodum ſolo naturæ miniſterio rurſus firmantur. Interim hac occaſione dentes carioſi & eorum radices relictæ facili negotio, & ſine omni dolore poſſunt eximi. Gingivarum hyperſarcoſis interdum nobis viſa eſt adeo enormis, ut dentes fermè totos totos, quantos quantos, obtegeret, non ſine ſtupendo aſpectu. Quia vero demum luxurians hæc caro emoritur hinc inde atque putreſcit, ſub naſcitur fœtor, ægrotanti & chirurgo intolerabilis ferme, tantum non cadaveroſus, opus itaque eſt in tali caſu ſubi-

taneo

taneo remedio, quod optimum eſt carnem hanc abundantem avellere volſella vel præſcindere etiam forſice. Nam licet ſubſequatur larga hæmorhagia, attamen hæc facile reſtingvitur ſolo ſpiritu vini, in quo conſerv. roſ.rubr. eſt diſſoluta. Si vero ægrotans fuerit delicatulus aut meticuloſus, etiam ſolus laudatus ſpiritus cum admiſta conſerva malo extirpando ſuffecerit, ſed labor eſt diuturnior, fœtor longe atrocior. Verrucæ exulceratæ equidem abſoluta ſalivatione ſenſim ſponte ſua evaneſcunt. Enim vero quia maxime ſunt doloroſæ, præprimis quando cutis duplicatur, dolor ægrotantium exigit, ut ſat cito conveniens remedium applicetur. Optimum autem ſunt aquæ dictæ abſtergentes German. Dûpff-Waſſer / quarum optimum cenſeo decoctum calcis uivæ, cui tamen pro rei exigentia aliquantillum mercurii ſublimati poteſt admiſceri. Et utut prima vice malum exaſperatum perſentiſcatur; attamen repetitis aliquot vicibus verrucæ ſicceſcunt atque delabuntur. Hoc ipſum decoctum optime applicatur penicillo & quidem ſingulis horis tertiis ſemel. Hoc loco vellemus notari, ut quotiescunque mercurius ſublimatus admiſceatur, toties etiam bene ponderetur ſalivationis quantitas. Hæc enim ſi viſa fuit ſufficiens decoctum cum mercurio admiſto bene filtretur, ne mercurius â calce viva præcipitatus & verrucis exulceratis affrictus ipſum corpus ſubeat ex juſtô largiorem ſalivationem excitet Abſoluta hoc pacto ſalivatione, ægrotans poſtmodum procuret ſibi nova induſia, novaque veſtimenta imo & novos lectulos, neforſitan his adhærentes reliquiæ ſordi-

 um

um priſcarum de novo fermentum malignum ſuggerant. Tertio etiam quovis die corpus ad ſenſibilem ſudorem diſponat, uſurpato decocto lignorum eoque fortiori. Gonorrhæa eſt quidem ſymptoma pertinaciſſimum, attamen utplurimum etiam finita ſalivatione deſinit. Si vero adhuc perſeveraverit, aut poſt mictionem in urethra dolor obſervatus erit, opus eſt injectione, quæ fiat ex decocto Fl. Nymphææ eorumque Syrupo. Intus ſimul adhibita bis per ſeptimanam Tinctur. Balſam. copayvæ. Coronidis loco addatur huic caſui ſequens phænomenon, quod aliquoties obſervavimus, licet in ægrotante omnino non apparuerit. Nimium in juvene quodam, quem lues venerea fortan ante octennium jamjam invaſerat quique ideo ſalivationem in ungvento factam ante triennium eſt perpeſſus, nunc enaſcuntur tumores osſium & quidem ſpecialiter in cranio. Tumores tales communiter audiunt gummata. Olim geneſin horum nobis perſvaſi ex lympha aliqua ſtagnante atque ſuper oſſibus coagulata, quemadmodum præter propter ganglia fieri conſveverunt. Qua de re putavi, ganglion & gummi tale venereum non diſtare â ſeſe niſi malignitate, quæ vires ſuas in gummi venereo exerat, doloresque excitet, ganglio quieſcente. Aſt *αὐτοψία* rem penitus aliter nos docuit in aliquot cruribus lue venerea infectorum diſſectis: Siquidem ipſa ſubſtantia osſea quaſi intumeſcit porosque ampliores patitur. Etenim ſi recte ponimus calculum, advertimus, oſſa ſubinde adaugeri per novos accreſcentes ordines fibrarum oſſearum. Et utut omni ex parte hic coalitus non posſit asſimilari ordinibus arboreis, qui quot-

quotannis excreſunt. Utpote in quibus vera & genuina datur differentia ideo, quia nutritio & accretio arborum tempore hyemali feriatur: id quod ſecus fit in corporibus animalium, quippe quæ continuo adaugentur, donec perveniant ad juſtam â natura deſtinatam molem. Hi itaque ordines â ſe invicem non duntaxat ſecedunt, ut ſuperior patiatur ab inferiori juſta majorem diſtantiam. Verum etiam ordines ipſi lateraliter â ſeſe in tantum abeunt, unde neceſſario enaſcuntur eminentiæ vel protuberantiæ tales oſſeæ. Hinc, datis hiſce poris amplioribus, hoſpitatur etiam inter eos lympha vitioſa corroſiva, quæ partim oſſa adhuc viventia arrodendo cruciatus intenſisſimos nocturno tempore excitat, & demum partes quasdam oſſeas enecando cariem progignit. Adaugetur hoc malum mercurio intempeſtive & impertinenter corpori affricto. Hic enim uti jam monuimus, intus in corpore cum acido exceſſivo atque peregrino concurrens aſſumit indolem mercurii ſublimati, qui uti reliquis partibus ita etiam oſſeis eſt infenſiſſimus. Exaſperatur malum quotiescunque poſtmodum gummata talia ad ſuppurationem diſponuntur. Quia nimirum in ulcere ſalia talia corroſiva magis ſolvuntur atque activiora redduntur, prout ſimile ferme videre licet in cancro exulcerato. Carie in oſſe excitata, neceſſario cutis & omnes partes corroſæ ab oſſe ſecedunt nec rurſus coaleſcere mutuo valent, niſi prius omnes partes carioſæ radicaliter ſeparatæ. Nam commode dixit Helmontiꝰ cum fuerint, dixit: Nullũ emortuum redit in gratiam. Erit itaque nunc conſideranda in hac coronide curatio

par-

partium talium carioſarum. Signa anamniſtica primario ſunt petenda ex antecedentibus, de quibus ſufficienter medico præſenti conſtare debet. Diagnoſtica vera deſumuntur primario ex conſtitutione ipſius vulneris ulceroſi, nempe eo ipſo dum intuemur per aperturam os ſubjacens, hoc deprehendimus nigricans. Nigredo vero non poteſt non ſignificare os emortuum. Et utut id ipſum adhuc advertatur ſatis ſolidum atpue firmum, nihilominus tamen erit carioſum, ſiquidem nos docuit experientia, quod brevi tempore interjecto talia oſſa de ſeſe dimiſerint feſtucas non parvas fer, me feneſtratas. Ulterius facile quoque conjicimus ſuperficiem oſſeam vita privatam ex reſonitu quando inſtrumentum ferreum exploratorium ipſi alliditur. Tertio adeſt etiam anaiſthiſia diuturna, cum alias oſſa perioſtiis adhuc amicta exquiſitiſſimi ſint ſenſus. Equidem me non latet, ſæpiuſcule in recentiſſimis vulneribus perioſtium ſecedere â cranio, ſuperſtite nihilominus ejus vitalitate. Aſt ubi in ulcere ſordido per tam longum tempus perioſtium periit, ibi tutiſſime colligimus, periiſſe quobue oſſis ſubjacentis vitam. Tacemus partes cutaneas & ſuper fronte muſculoſas; quippe quæ occalluerunt jamjam, uti liquet ex earum parili inſenſibilitate, nec non defectu hæmorrhagiæ, quæ alias poſt attactum vulneru atque ulcerum contingere ſolet. Signa prognoſtica ſunt. Nunquam caries, hæc penitus extirpanda, niſi intus latitaus adhuc venereum venenum ſtirpitus erit eradicatum. Curatio vero hæc omnino futura eſt diutina: Imo etiam eventus anceps. Nam nemini adeo ex-

exactè ſit perſpectum, utrum forſitan caries etiam occupaverit oſſa interna, quæ miniſterio chirurgico emundari nequeant. Nihilominus tamen foveant fermentum malignum, quod luem hanc fœdam perpetuo continuet. Indicatio præſervatoria certo reſpectu poteſt conſiſtere ratione oſſis hujus carioſi inextirpatione fermenti maligni, quod alias cariem proſerpere facit, quo loco tamen non negamus, eſſe quoque ipſam indicationem curatoriam, quatenus præſens fermentum luiferum auſfert. Cæteræ curatoriæ ſunto; caries oſſis tollatur, usque ad vitam oſſis. Partes cutaneæ intus calloſæ itidem tollantur, & tandem ulcus conſolidetur. Prima indicatio præſervatoria obtinetur per ſalivationem novam inſtituendam juxta methodum â nobis ſuperius deſcriptam, in qua ipſa tamen probe notetur, quod, antequam pilulæ mercuriales exhibeantur, aliquoties ſint exhibenda ſudorifera blanda eaque ſolaria, inter quæ caput effert aurum fulminans, qnod commodiſſime poteſt combinari cum antimonio diaphoretico. Communiter fabulantur autores, quod tempore ſalivationis maſſa aurea ſalivantis ori indita albeſcat à mercurio, ſicuti albedine obducitur annulus ejus, qui manibus tractat mercurium. Enim vero *μετὰ πολλῆς φαντασίας* Siquidem aliquoties rem tentamus, & prorſus aliter adinvenimus, utut non ſimus neſcii, aurifabris in more eſſe poſitum, ut poſt ob copioſiorem uſurpationem mercurii ſæpenumero ſibi excitent balnea ſudorifera, & interdùm etiam veras moleculas mercuriales per poros cutaneos excernant. Eſto interim, utut ſit, expe-

rien-

rientia tamen condocefacti utimur in tali negotio auro fulminante, modo ægrotantis marſſupium æque ac ſalus id perferat. De cætero caries & partes calloſæ aufferuntur aqua ſuperius laudata abſtergente, decocto nempe calcis vivæ, quæ acuenda eſt aliquantillo Spiritus ſalis, & de die ad minimum mediante Syringe quater injicienda, id quod eo melius peragitur, ſi apertura turunda ampliatoria bene dilatatur. Si forſitan quædam partes nimis profunde jam eſſent corruptæ, nec facile aquæ abſtergenti cederent, conſultum duceremus, ut ipſa cutis aut per crucem, aut per formam Græcorum Λ incideretur, craniumque raderetur, donec de novo guttulæ ſangvinis vividi hinc inde apparent. Quo facto partes cutaneæ calloſæ tantum ſcarificarentur κατὰ πληγὴν, fiatque deligatio uti in vulneribus capitis fieri conſvevit.

Obſervatio VIII.

ANno 1693. d. 10. Mart. ſecuimus cadaver fœminæ prægnantis eryſipelas ante 5. præter propter dies in mucha perpeſſæ, cuique poſt adhibita medicamenta ut dicunt muliebria acceſſerat febris ardens cum inſequente catarrho ſuffocativo, ex quo dicto die hora 3. pomeridiana naturæ debitum ſolverat. Obſtetrix vero gloriabatur ſeſe obſervaſſe fœtum in utero ſe adhuc moventem. Hinc applicata hyſterotomotocia, fœtum apprehendimus transverſo ſitum parui quidem proximum, nihilominus tamen mortuum

Ob-

Obſervatio IX.

ANno 1704. cultro anatomico annnum puerulm paſtoris pagani ex dentitione denatum ſubjeci, qui paucis præterlapſis horis medicamine contra inſultus epilepticos â Medico ex cinnabari antimon. præſcripto uſus erat. Hinc deprehendebamus 1) Vaſa nonnulla tam arterioſa quam venoſa inteſtinorum aſpiculis Cinnabaris antimonii ſic fuiſſe læſa & ſciſſa, uti alias nobis ex violentia cuſpidis cultri animadvertere licet. 2) Totum abdomen ſangvine grumoſo refertum.

Obſervatio X.

ANte biennnium vidua civis Lipſienſis annorum 85. circa horam veſpertinam 7. corripiebatur doloribus exquiſitiſſimis in regione hypogaſtrica quos paucis præterlapſis horis inſequuntur hæcce ſymptomata 1) æſtus febrilis, 2) pruritus totius corporis cum exanthematibus rubicundis purpuræ ſcorbuticæ haud diſſimilibus & 3) reſpirandi difficultas, quam concomitabantur anxietates præcordiorum. Poſt uſum medicamenti ex Esſ. anod. & Tinct. Corall. c. ſpiritu Cord. C. compoſiti, eique propinati perpeſſa eſt fluxum menſium criticum. Quo facto priſtinæ ſanitati reſtituta ad hunc usque diem vivit.

Errata extantiora.

Pag. 6. 9. utrimque, utrinque. p. 9. 4. intraduntur, intruduntur. p. 21. 27. coactare, coarctare. p. 30. 20. conſtit, conſiſtit. p. 31. 25. cumm. cum.


Fig. 6.
Fig. 5.
Fig. VII.
B


Fig. 4.
Fig. 1.
Fig. 7.
Fig. 2.


Fig. 3.